

ax. D
37



ax. D
37

Fam. nob. Saxe. 124 Hist. Sax. D. 41.

PROBATIO

GENEALOGICO-CHRONOLOGICA


EX HISTORIA & ARCHIVIS

DERIVATA:

NOSTITZIOS



Nobili Genere Polonico esse oriundos.



Anno MDCCLXVII


*H. C. Johann Heinrich Gottfrici de
Nostitz et Fenwick, ausl. Wiesa
und Thiemenes. Rethmeister.*

198. 4/5

*Genealogie
des Nostitz*

PROBATIO
GENEALOGICO-CHRONOLOGICA
EX HISTORIA & ARCHIVIS
DERIVATA
NOSTRIS

Nobili Gensu Polacco esse oriundas.



Anno MDCCXXVII
Johann Heinrich Polacco



CONTENTA PROBATIONIS

- a.) Gentem Nostitziam, a multis inde seculis, Poloniam Patriam suam agnovisse. Vid. Lit. B. in Præfatione.
- b.) Gentem hanc de Regibus Poloniae, Serenissimaque Republica, per plura secula optime meritam, Nobilibusque Polonicis annumeratam fuisse. Vid. Lit. B. n. 3. n. 6. Lit. E. lit. a Lit. F.
- c.) Multos Nostitzios in XII. & XIII. seculo, expeditionibus Sacris, contra Borussos Ethnicos, sub Regum Poloniae, Magistrorumque Ordinis Teutonici auspiciis, præcelluisse. L. B. n. 3. n. 6. & Lit. F.
- d.) Stanislaum de Nostitz, Henrici Pii³ Ducis Vratislaviensis, ex Piastis, belli Præfectum fuisse, circa annum 1241. ac duos Filios Anonimum ac Hertwigium procreasse. *vid. Lit. G. annot. lit. C.*
- e.) Anonimum de^r Nostitz, Bogislai IV. Pomeraniae Ducis, foederati Regni Poloniarum amici, in XIII. seculo, supremum exercitus Præfectum, Lineaque Primariae Nostitz-Iatzkoviæ, in Prussia Polonica, Aucto.
- (a)

Auctorem fuisse, ex qua multæ Lineæ ortæ, quæ Ordini Equestri Polonico adscriptæ sunt, et iisdem cum reliquis juribus fruuntur. Vid. lit. F. et G. lit. C.

- f.) Iuniolem fratrem Hertvigium de Nostitz, bonorum Dammitschensium, in Silesia sitorum, possessorem, Equitem, ac Præfecturæ Steinaviensis Capitaneum, apud Ducem Silesiacum Conradum II. Glogaviensem, ex Regibus Poloniae et Piastis oriundum, trium stirpium Rotenburg, Unwürdae et Ullersdorf fuisse Abavum. Vid. lit. A. B. n. 7.
- g.) Ex illius descendens Nicolaum quendam de Nostitz, in Dammitsch, circa 1410. oppidi Thorunensis Præfectum, ac in stirpe Ullersdorfica, secundæ Domus Principalis Schönbrunn fuisse Auctorem, Vid. Lit. D. E. lit. a.
- h.) Istius Nepotem Joannem trium Linearum Primariarum fuisse Auctorem, nempe:
1. Lineæ specialis Nostitz - Iatzkovski in Prussia Polonica, ex qua etiam Linea Nostitz-Bakovia, ibidem possessionata, orta fuit. vid. Lit. C. ad T. III. n. 13. item Lit. F.
 2. Lineæ Dammitsch in Silesia. Vid. Lit. C. ad T. III. 1. D. E. ad T. III.
 3. Lineæ Lampersdorf in Silesia. Vid. Lit. C. T. III. Lit. D. E. ad T. IV.

i.) Supra-

- Supradictam Lineam specialem Nostitz-Iatzkoviam, Albrechtum, antecedentis Ioannis nepotem, Auctorem habere, qui Virginem aliquam Nostitziam, ex Domo Primaria Nostitz-Iatzkovia, sub Lit. e. h. I. commemorata, in matrimonium duxerat, bona Iatzkow in Pomerelia-sita, dotis loco, accepit, alia bona, quibus nomen Bąkow, acquisivit, atque nomini Gentilitio suo cognomen Iatzkovski addidit. Vid. Lit. D. E. ad T. II. n. 2. Lit. F. G.
- k.) Huius filium natu majorem Nicolaum, Lineam Iatzkoviam propagasse. Vid. Lit. D. E. ad T. II. n. 3. Lit. F. G.
- l.) Juniorem autem filium Ioannem, Lineæ Nostitz-Bąkoviæ fuisse Auctorem, Vid. Lit. D. E. T. II. n. 4. Lit. F. G.
- m.) Ex tertia Linea, Lampersdorf nominata, Michaëlem quendam circa 1541. lineæ Drebitziac, in Polonia majori, ad hodiernum usque diem, sub nomine Drzeviecki, florentis, Auctorem fuisse. Vid. lit. D. E. ad T. IV. n. 6. lit. H. n. 14.
- n.) Nostitzios itaque, ex Lineis trium stirpium primariarum, Rotenburg, Unwürda et Ullersdorf, oriundos, et per consequens memet ipsum, qui descendentiam meam, ex stirpe Rothenburg, sub lit. A. n. 22. et B. n. 22. iam demonstravi, ex sanguine eodem Polonico, esse procreatos, ideoque
- (a 2)

que antiquioris Nobilitatis Polonicæ, Juriumque et Privilegiorum præstantissimorum, Ipsi competentium, iam ante Constitutionem, in favorem Indigenarum, Anno 1576. regnante Sigismundo Augusto, beatissimæ memoriæ, fundatam aequè participes fuisse, ac Lineæ Nostitziae in Polonia Majori et Prussia Polonica. Vid. Sig. © lit. A. B. D. E. et H.

PRÆTER HÆC

Sub lit. J. recensetur officium, politicum Reipublicæ præstitum, a Friderico Hartvigio Comite de Nostitz, ex Familia Nieder-Neuendorf, stirpis Rotenburg, proxima cognatione mecum conjuncto, olim Legato in exercitu Imperatoris Russorum Petri I.

*Gottfried Erdmann de Nostitz
ex stirpe Nostitz-Rothenburgica.*





IN NOMINE SANCTÆ TRINITATIS.

Notum sit, anno post Nativitatem Christi millesimo septin-
gentesimo sexagesimo sexto, die decima mensis Februarii,
indictione Romana XV. Imperante Augustissimo, Poten-
tissimo & invictissimo Principe & Domino, Domino JOSE-
PHO II. Electo & Coronato Romanorum Imperatore, Imperii semper
Augusto, Germaniæ & Hyerosolymorum Rege, Duce Lotharingiæ & Bariæ
Magno Duce Florentiæ, reliqua, Sac. Cæsar. Majestatis Imperii anno
tertio, illustres fratres, equites & Dominos, Dominum Ioannem Wolf-
gangum Gotthelf de Nostitz & Iänckendorf in Ullersdorf & Baarsdorf
Reg: Borussiæ vigiliarum Præfectum & Adiutantem, & Dominum Ioan-
nem Henricum Gottfried de Nostitz & Iänckendorf in Wissa & Thie-
mendorf, Reg: Boruss: equitum præfectum, vtrumque totius illustris
prosapiæ de Nostitz Plenipotentes Seniores, me infra subscriptum Cæ-
sareum iuratum Notarium, in arce huius illustris prosapiæ Ullersdorf
dicta, in minori ibi triclinio, orientem versus sito, præsentibus omnibus
in concluso huius diei, qua gentis delegati convenerant, subscriptis con-
sangvineis, vi plenipotentia a tota illustri gente acceptæ, requisivisse,
vt instrumentum publicum conficiam, quod documenta, mihi in duobus
exemplaribus idem dicentibus proposita, sub Signo ☉ & Literis A. B. C.
D. E. F. consignata, fide digna sint, quem in finem mihi omnia ad hæc
pertinentia & allegata documenta, Auctores & authenticas relationes ex
eorum in arce Ullersdorf collocato Archivo sub oculos ponere iusse-
runt.

Cumque officio deesse minime potuerim, ante omnia instrumenti
mei testes elegi, Dominum Car: Henricum Mentzell & Ioan. Christianum
Wiesnerum, quo facto inveni supra dicta documenta, prævia collatione,
accurate scripta esse in specie autem

Documentum cum Signo ☉ ab Auctore subscriptum nobilique
suo sigillo firmatum esse, argumenta vero in eo citata cum documentis
Archivi concordare. Sub



Sub Lit. A. stirpes, in hac generali totius gentis tabula allegatos, familias, Lineas, stirpiumque propagatores, nec non annos mortis accurate cum genealogia concordare, quam Auctor ex supra dicto Archivo accurate confecit, & subscriptione sua appressoque Sigillo firmavit.

Sub Lit: B. ^{American} ~~Hellenicam~~, supra mentionatæ tabulæ genealogicæ generalis, descriptionem eiusdem esse conditionis, & vnumquodque datum idoneis Archivi documentis firmatum esse.

Sub Lit: C. Tres in eo stirpium tabulas, respectu stirpium Ullersdorf, Unwürde, & Rotenburg in Marchionatu Lusatiae Superioris, quæ documento pacti gentilitii sub dato Görlitzü die 10. Dec. an: 1577. insertæ sunt, fideliter translatas & accurate descriptas esse.

Sub. Lit: D. Specialem tabulam genealogicam eadem habere requisita, quam tabulam generalem sub Lit. A.

Sub Lit: E. Descriptionem supra citatæ tabulæ eadem esse fide dignam quam illam sub Lit: B.

Sub Lit: F. Exemplar descriptum accurate concordare cum originali à celliss. Principe & Palatino Novogrodensi Jablonovio communicato.

Cumque hæc omnia meis oculis per collationem cum documentis authenticis in Archivo illustris familiæ, in præsentia a me requisitorum testium respectu documentorum, sub Signo ☉ & Lit: A. B. C. D. E. F. vera deprehenderim; hoc publicum instrumentum in duobus exemplaribus, quæ prævia collatione cum meo Protocollo in omnibus eiusdem sunt tenoris, mea nominis subscriptione, adiectis, & notariatus mei & meo privato, Sigillis, confeci, & a meis instrumenti testibus subscribi & sigillari procuravi. Actum anno, Mense, die & loco vt supra.

Notariatus
Sigil.
Notariat.

(L.S.)

Joannes Gottlieb Schreiter

Not: Publ: Caesar: iuratus, ad hæc in specie requisitus.

(L.S.)

Carl: Heinrich Mentzel, testis requisitus

(L.S.)

Ioan. Christian Wiefner testis requisitus

DEMON.

(3)

DEMONSTRATIO

Quod Lineae perillustrium Comitum Polonorum Nostitz Iackowski & Nostitz Bakowski, in Ducatu Prussiae, aequae, ac Lineae liberorum Baronum Polonorum Nostitz Drzewiecki, ex Domo Driebitz, in magna Polonia, prope Fraustadium, ad agnationem Linearum, Comitum, Baronum, veterum Equitum, in Marchionatu Superioris Lusatiae & quidem Rothenburgi, Unwürdae, & Ullersdorffii, fundatarum stirpium, specialiter autem ad stirpem Ullersdorfficam, pertineant.

Indicatio Genealogica, eruditissima sane, quam suppeditavit Celsissimus Princeps Palatinus Novogrod. Jablonowski, communicata nobis a Magnifico Domino Gottfried Erdmann de Nostitz, ex Linea Rothenburg Neukirchia oriundo, S. M. Regis Poloniarum Chambellano, Gentisque Nostitziae Capite meritissimo, concordat plane cum Genealogiis, & Notitiis, in communi Gentis Archivo, repositis, tam impressis, quam manuscriptis, & cum diligentissime asservatis Imperialibus, Regiis, & Electoralibus Saxonis, clementissime ab aliquot saeculis, usque ad nostra tempora confirmatis Originalibus Privilegiis, litterarum memoriis, Actis, & notitiis antiquissimae & dignissimae gentis; & simul est authentica melioratio trium illarum tabularum Prosapiae, quas Majores dignissimi Con-sociationi suae, cum Agnatis ex stirpibus Rothenburg, Unwürda, & Ullersdorff, sanctissime in communi Gentis Conventu d. d. Goerlicii die 10. Dec: 1577. sancitae, inseruerunt. Ex iisdem stirpibus generatae Lineae, cum Bonis suis denominatae, conjunctae sunt in Litteris, Territoriali & Feudali auctoritate ab Imperatore Rudolpho II. gloriosissimae memoriae, eodem anno, datis; in fauorem illorum Feudum commune est agnitionum; Ordo Agnationis & Successionis confirmatus, qui etiam a sequentibus renovatus est principibus imperantibus.

Iam dictum Pactum Gentilitium, illiusque anno 1657. & 1660. per Conclufa in Conventibus Gentis stipulata renovatio, Fundamentum est Status & Prærogativarum Gentis, in Terris hæreditariis Imperialibus, & Electoralibus Saxonis. Numerosa Illius territoria & Bona, in Bohemia, Moravia, Lusatia Superiori & Silesia, vi Imperialium & Electoralium Saxoniarum confirmatarum Litterarum, nunquam *in manu dominante aperta* sunt. Si quis ex Gente, sine prole, decedit, tertia pars hæreditatis ab illo relictae, tam immobilis, quam mobilis, proximo Agnato accrescit; quinta vero tantum pars illi Agnato dabitur, si, præter filias, hæredes non habeat. Hæc Gens, & gentis universæ, & gentis delectorum conventus, celebrat: illos per singula quinquennia, hos pro statu rerum; nominat Capita Gentis, Seniores, & Delectos; Diudicat controversias gentis, in personalibus, & realibus; Habet ærarium Gentis, & administratorem illius; Substituit Deputatos; collationes pecuniarum inter sese constituit; Multamque iis e gente irrogat, qui suae constitutioni contrarii sunt, quin imo Collegia Iurisperitorum &

inferiora Iudicia Provincialia in mandatishabent, ut a renitentibus solutionem exigant. Habet Majoratus, Fidei Commissa, atque Stipendia, Illisque ex hac gente, qui ad dignitatem Comitum & liberorum Baronum nondum eVecti, per Rescriptum tamen Imperatoris Caroli VI. de anno 1722. concessum est, titulo Dominorum, & Equitum, in scriptis suis, uti. Hæ prærogativæ Præmia sunt meritorum perillustris illius Gentis, testantibus Privilegiis.

Indicatio supra memorata Dominis Patruelibus hujus Gentis nunc viventibus, item & Posteritati Ipsorum, eo pretiosior cariorque est, quam vestigia huc usque obscura Agnatorum suorum in Provinciis Regni Poloniarum, Cimelio Indigenatus Polonici ornatorum, nunc luculentius videant, cum Illorum Illustribus stirpibus & Lineis in conjunctionem propinquitatem redeant, spe freti certissima, fore, ut Illi suis, in multis aliis Europæ Statibus numerose dispersis Agnatis, ad seram usque profapiam, Patrueli & conjunctissimo amore atque ope, casu vel hoc vel illo existente, succurrant, præsertim autem in eo omnem operam collocent, & omne studium, quo facilius omnibus Cimelium illud per totam Europam Pretiosissimum, Indigenatus nimirum Polonici, clementissime & benignissime concedatur, quum notum sit & jam supra demonstratum, Illustrem hanc Gentem, in omnibus suis propagationibus, ad exemplum suorum dignissimorum abavorum, de Ecclesia & Publico, bene meritam fuisse, eamque cogitandi agendique rationem, ad hæc usque tempora, sedulo asservasse, quin etiam id inprimis curare ut & progenies iisdem ornata sit virtutibus.

Sed nunc propius ad propositam probationem hujus felicissime patrefactæ Agnationis accedemus:

N I C O L. Tab. III. ^D non 27

Ex domo Dammitsch Stipes communis est Primariæ Domus Schoenbrunn, Ullersdorfficæ stirpis. Ex illa domo accepimus Lineas primarias IV. I.) Illam Comitum in Prussia Polonica, II.) Dammitziam, III.) Lampersdorfficam, IV.) Zedlitziorum in Silesia. Ex illis multæ Lineæ in Polonia, Silesia, Pomerania, forsan etiam in Regnis Prusiæ & Hungariæ, sese propagaverunt, id quod sub Lit. D. genealogice, & sub Lit. E. historice demonstratur.

Domus Dammitzia, testibus notitiis, in Archivo nostro, reconditis, plus, quam per 500. annos, a nostra Gente possidetur, & jam est Possessio Domini Comitum & S. R. Majestatis Poloniarum, Electorisque Saxonie Generalis, Friderici Augusti Constantini de Nostitz, vid. cit: loc: ad Tab: II. n. 28. pertinens ad sic dictam Domum Schoenbrunn, Nomen scilicet collectivum, receptum ab omnibus Dominis Patruelibus Linearum in Silesia florentium, anno 1577. eam ob causam, quia Friedericus, ex Domo Dammitzia, in Lusatia Superiori, Bonum Schoenbrunn, anno 1570. emit, & Agnatos ex 3. stirpibus, Ullersdorff, Rothenburg, & Unwürda, Literarum Beneficiariarum consortes præsentavit, & quia Silesiaci Domini Patruelles, ex hoc probare voluerunt, se, ex Lusatia Superiori,

riori, oriundos esse, & specialiter ad stirpem Ullersdorffiam se pertinere, vid. Lit. D. T. III. n. 3. inde ad hodiernam usque diem nomen & titulum domus Schoenbrunn conservarunt, quamvis illud Bonum, jam anno 1596. a Familia alienatum est. Vid: vol. XXXII. fol: 19. Patruelles in Conventu Gentilitio 1577. Gentis consociandæ gratia, præsentibus, Tabulas originis suæ, usque ad XVtum sæculum tantum tradiderunt, & illi, quibus documenta authentica prænominum suorum Abavorum per injuriam belli Hussitici, & per alia Fata erepta erant (id quod præcipue Dominis Agnatis, ex priori Domo Originali Ullersdorff, contigit) Latinis Nominibus Patris & Proavi usi sunt, exinde autem non sequitur, genealogias & Historias perillustris illius Gentis, ex prioribus temporibus, præsertim quod ad Poloniam, Bohemiam, & Hungariam spectat, probatione carere. Archivum, Gentis monumenta usque ad annum 1287. Documenta fide digna usque ad annum 1399, manuscripta & Auctores typis exscriptos offert, ex quibus antiquitas Gentis, ab eo iam tempore, quo in Europa innotuit, usque ad primordia Sæculi V. patet. Sequenti igitur objectioni facillime occurrendum erit:

Quomodo Lineæ Comitum & Baronum in Polonia ex stirpe Ullersdorf, in Magna Lusatia, originem trahere possunt, quum Tabula Pacti Gentilitii Lit. C. ejus stirpis nullam mentionem faciat: quum Lineæ Comitum Imperii, non solum jam supra memorata cognomina, sed etiam alia insignia habeant, & quum Polonica Baronum Linea appelletur Drzewiecki?

Tunc temporis enim viventes Domini de Nostiz, ex 3. illis stirpibus, in Gentilitia sua Consociatione, anno 1577. sancita, sine dubio, omnes, ex suis Lineis, procreatos Agnatos, non collegerunt; Id quod Linea Driebitz in Polonia, immo collateralis extincta Zedlicensis Primariæ familiae Herzogswaldensis in Silesia, clare testantur. Utraque Linea jam diu ante Pactum Gentilitium fundata erat, vid. Lit. D. Tab: III. n. 7. & Tab: IV. n. 23. cit. loc. & tamen nulla illarum fit mentio. Quæstio est: num, tunc temporis viventes Domini harum vel illarum haud nominatarum Progenierum domi fuerint? & generatim observandum est, quod eo tempore, res veredaria & cursoria publica, æque ac modus communicandi per cursores publicos, quo iam utimur, nondum fuerit institutus. Eo minus mirandum est, si procul remotæ, & in Silesia non amplius possessionatæ Lineæ Comitum, in Prussia Polonica, ad hoc Pactum non associatæ fuerint. Gens autem, Dominos Patruelles, tunc temporis variis apud Duces Prussiæ muneribus publicis fungentes connotare, haud impediabatur, quia Ipsi Bonum Lampersdorff in Silesia possidebant. Vid: cit: loc: ad Tab: III. n. 3. & 6.

In Polonia, a priscis jam temporibus, usu receptum est, ex nobili genere oriundos Gentilitio suo nomini, specialem Domum vel boni denominationem, cujus titulo utuntur, annectere, illud autem tam in sermone coram, quam in scriptis, sæpissime omittere.

B

Quod

Quod autem ad diversitatem Insignium, inter Lineas Comitum imperii & in Polonia, attinet, non sane accurate judicari potest, num illa insignia in totum, an per aliquas tantum mutationes, sint diversa. Designationem illorum insignium non habeo ad manus: illud autem notum est, quod Gens Nostitzia, sic, ut plures alii Nobiles Sorabi, sibi Ipsi Scutum dederit, & in medio aevo, a Germanicis Populis, galeam assumerit, ex qua combinatione Insignia hæreditaria sensim provenerunt. Prisca Insignia Generosae Gentis, in monumentis, et sigillis, accurate disquisivi, & ex illis etiam perspexi, positionem scutorum et gemmarum; item velamentum galeae, ipsam galeam, & flammeolum non unius ejusdemque formæ esse, & nemini tamen in mentem venit, ex hac, vel illa diversitate, dubium aliquod Agnationis formari posse. Taceo, liberos Barones, ex stirpibus Rothenburg, & Unwürda, sub initio, diversissima habuisse Insignia, donec tandem, circa annum 1675. in unam eademque Insignium formam, cum Comitibus S. Imperii, convenerint.

Mihi Sufficit, Rectorem doctissimum *Synapium*, Auctorem Lineæ Driebitz, Michaëlem, ab anno 1541. cum suis Descendentibus, nominatum, usque ad finem præteriti Sæculi, recensere, & Illi Casparum Patrem dare, qui unus ex filiis Caspari in Lampersdorf fuit, expressus in Pact. Gentilit. Lit. C. Tab. III. n. 23. inque Pacto ipso, distinctissime, titulo Consilarii Duc. Pruss. honoratus. Item mihi sufficit, illos Dominos, a priscis inde temporibus, cum Dominis Silesiacis, tanquam Patruelibus, consuetudinem conjunctissimam, simulque commercium litterarum habuisse: quin immo Illos, Genealogicas Suas Notitias in Originali Domo Dammitschiensi adhuc asservandas curare, Illos antiquitus recepta Insignia Equestria ad hanc usque diem retinuisse, & in hodierno Delectus conventu, Dominum Vincentium Florianum de Nostitz Drzewiecki, ex Domo Driebitz, qui Locum Tenentis munere fungitur apud exercitum Serenissimi Electoris Saxoniae; quod Domus 2da Schoenbrun, stirpis Ullersdorff, ejusdemque Primaria Linea Lampersdorff Sua sit, publice professum esse.

Quod ad utramque Lineam Comitum Imperii, & in Polonia, attinet, videmus iamiam, ex Domo Dammitschia, duas recentiores Lineas prodire, id quod ex Tabula Genealogica Lit. D. n. III. & Tab. I. n. 3. & 4. h. l. item ex Descriptione Lit. E. ad citatos numeros, luculentissime apparet. Additamenta mea sub Lit. A. B. D. E. in Archivo Gentilitio Auctoribus & Documentis fulta sunt. In primis 3. illis Tabulis Genealogicis Pacti Gentilitii, anno 1577. initi, adjectis sub Lit. C. itemque præstantissima Indicatione Genealogica, a Serenissimo Principe Iablonovio, nobis communicata maxime & optime usus sum. Spes est fore ut Domini Patruelles in Lusatia superiori, Silesia, & Bohemia, adhuc alias illustres Lineas Nostitziorum in Polonia, suo tempore, ad examinationem Genealogicam adferant, quarum origo, ex una jam memoratorum in Lusatia Superiori stirpium, documentis æque accuratis & explicatis deducenda & probanda fuerit. Signatum in Arce Ullersdorff d. 10. Febr. 1767.

Præscri-




LIT. A.

TABULA GENEALOGICA

TRIUM STIRPIUM ROTHENBURG, UNWURDA et ULLERSDOFF

GENTIS de NOSTITZ

- 1) Ioannes de Nostitz vixit circa An. 965. Dominus in Tschochau, Lusaciae Super.
- 2) Dittmarus † 1046.
- 3) Fridericus vixit circa 1147.
- 4) Ulrich vixit 1159.
- 5) Sigmundus 1180.
- 6) Stanislaus vixit 1241.
- 7) Hertwig in Dammitz † 1287. Stipes communis stirpium Rothenburg, Unwürde, Ullersdorf.



Præsentem Tabulam Genealogicam trium Stirpium Rothenburg, Unwürde et Ullersdorf-Gentis de Nostitz, ex Documentis originalibus atque Auditoribus in arce Ullersdorf corroborari Archivi Gentilitii communis, confirmatam, ex eodemque fideliter deductam esse; Ego, Auditor hujus, testor, subscripto nomine, et apposto Sigillo meo gentilitio, Sig. in arce Ullersdorf d. 10. Febr. 1767.



Christianus Ludovicus de Griesheim
Seren. Duc. Sax. Goth. Summae Praefect. Capit. item Aulæ et Consistorii Consiliarius.

ATLA

TRIUM STI

- 1) Johann de Noll
- 2) Dammars + 10
- 3) Pistorius vixit
- 4) Ulrich vixit II
- 5) Sigismundus II
- 6) Stanislaus vix
- 7) Peter in de

1) Johann de Noll	2) Dammars + 10	3) Pistorius vixit	4) Ulrich vixit II	5) Sigismundus II	6) Stanislaus vix	7) Peter in de
8) Quo in ...	9) ...	10) ...	11) ...	12) ...	13) ...	14) ...
15) ...	16) ...	17) ...	18) ...	19) ...	20) ...	21) ...
22) ...	23) ...	24) ...	25) ...	26) ...	27) ...	28) ...
29) ...	30) ...	31) ...	32) ...	33) ...	34) ...	35) ...
36) ...	37) ...	38) ...	39) ...	40) ...	41) ...	42) ...
43) ...	44) ...	45) ...	46) ...	47) ...	48) ...	49) ...
50) ...	51) ...	52) ...	53) ...	54) ...	55) ...	56) ...
57) ...	58) ...	59) ...	60) ...	61) ...	62) ...	63) ...
64) ...	65) ...	66) ...	67) ...	68) ...	69) ...	70) ...
71) ...	72) ...	73) ...	74) ...	75) ...	76) ...	77) ...
78) ...	79) ...	80) ...	81) ...	82) ...	83) ...	84) ...
85) ...	86) ...	87) ...	88) ...	89) ...	90) ...	91) ...
92) ...	93) ...	94) ...	95) ...	96) ...	97) ...	98) ...
99) ...	100) ...	101) ...	102) ...	103) ...	104) ...	105) ...
106) ...	107) ...	108) ...	109) ...	110) ...	111) ...	112) ...
113) ...	114) ...	115) ...	116) ...	117) ...	118) ...	119) ...
120) ...	121) ...	122) ...	123) ...	124) ...	125) ...	126) ...

Præscriptam Deductionem, ex qua probatur ortus linearum Comitum Nostitz Iackowski & Nostitz Bakowski, in Prussia Polonica, & Linearum Nostitz Drzewiecki, ex Domo Driebitzia in Majori Polonia, ex 3. Stirpibus Primariis, Rotenburg, Unwürde, & Ullersdorff, per Documenta & Auctores Archivi Gentilium Communis, in Arce Ullersdorff, corroboratam, confirmatam, & inde fideliter derivatam esse, id ego, Auctor, testor mea subscriptione, & appposito meæ Gentis sigillo, Signatum Ullersdorffii d. 10. Febr. 1767.

(L.S.)


Christianus Ludovicus de Griesheim Ser. Princ. Goth. Supremæ Præfectura Capitaneus, item Aulæ & Consistorii Consiliarius.



B2

Lit:

Erzogl. Dominantur de Nostitz.



Lit: B.

Explicatio

TABULÆ GENEALOGICÆ

TRIUM STIRPIUM

ROTHENBURG, UNWURDA & ULLERSDORF,

Generosi Nominis NOSTITZIORUM.

PRÆFATIO.

Nomen celeberrimum Nostitzium, Historiographis etiam Nostwitzium, ex præclarissima natione Slavorum Sorbico Venedorum provenire, quæ, derelicta Asia, per nonnulla sæcula, in Pannonia, nunc Hungaria, dicta, consedit, Regnis Slavoniæ, & Sorbiæ, nomen dedit, versus terras Occidentales migravit, totaque regione, a fluvio Tyra, alias Dniester, usque ad Albim, & mare Balticum, potita est, itemque ad Rhenum, in Westphaliam & Angriam ^{atque Helvetiam} se contulit, illorum temporum Historiographi tradunt, & Dominus Knauth Pastor Friedersdorffensis, prope Goerlitium, originem hujus Gentis, in scripto: *Origo Dominorum de Nostitz*, multa cum eruditione, exposuit, Lingvæ Sorbico-Venedæ periti, in eo omnes conveniunt, quod Vocabulum Nossatetz Cornu illud musicum, lituum, alias *Zinck*, significet, quo Duces Belli-ci, Sacerdotes, & Iudices priscarum gentium, in expeditionibus bellicis, in cultibus divinis, & in foro, usi fuere. *Vid: Trogill: Anaxiel Tr: de Cymbrorum aureo cornu ethnico. Cap. V. p. 17.*

Jam itaque nomen hujus Nobilis Gentis, Majores eius, apud Ethnicos antiquos, viros Illustres & bene meritos fuisse, satis docet. Idem probat insigne Gentilitium antiquissimum cum ambobus cornibus suis, *Zink* dictis, in scuto & galea; immo loci, in Lusatia superiori, Bohemia, Misnia & Hungaria, nominibus Nostitz, Noschvitz, & Gnostitze, a longissimis inde temporibus gaudentes, certissima monumenta præbent, eandem gentem generosam longe lateque se extendisse, & pro libertate, omnibus Illustribus Dominis competente, sedibus suis nomina illa tribuisse. *Vid. Carpzovii Templ: Honor. P. II. p. 69. & Past. Knauthii Script: Origo Dominorum de Nostitz.*

Antia

Antiquissima generosæ illius gentis indicia ex Polonia proveniunt: illam scilicet circa annum 410. tempore Imperatoris Honorii, præ omnibus, præcelluisse, illamque circa annum 550. Duce Lecho in Polonia multa fortiter & præclare gessisse; eademque laudes eidem genti, circa annum 664. sub Duce Czecho in Bohemia tribuuntur, neminis autem ex hac gente, singulatim expresso nomine, sit mentio. *Vid. Joh: Synap: Rector: Lignit: Curiosa Silesiaca Part: I. pag: 68.*

Dominus Joannes Fridericus de Christellij, Regis Borussia, in Commissionibus, Secretarius, supra memoratis de Nostitz, quorum Prænomina nescimus, Fridericum aliquem adiungit, qui in seculo VIII. & Boleslaum aliquem, qui sub imperatore Carolo Magno excelluerunt, attamen haud perspicue satis demonstravit, num isti ex Polonia, num ex Bohemia, orti fuerint. Complures autem Illustres doctissimique viri ex hac gente Nostitzia, regnante illo Imperatore, exstiterunt: Albinus enim in Chronica sua Misnensi p: 67. commemorat: "Nobiles Nostitzii, Caroli Magni tempore, existentes, nihil aliud, quam bellicosissimorum militum, magnanimatorumque virorum & literatorum heroum seminarium hucusque fuerunt." Subsequentibus temporibus, & in seculo quidem X^{mo}, prima vestigia virorum Nostitziorum, in Lusatia superiori, possessorum Arcis Zschochau deprehenduntur. Hæc indicia in ulteriora tempora continuantur, non expressa quidem aliqua certa linea, virorum tamen Prænomina, eorumque præclare gesta, sub Imperatoribus Germanorum, sub Regibus Polonorum, & sub Ducibus Silesiacis, memoriæ traduntur. *Vid: Coleri Profes. Hist: Vratisl: Panegyricum Nostitzianum.*

In seculo XIII. Hertwig, Dammitschii, in Silesia, a me, stipes communis trium linearum primariarum Rothenburg, Unwürda & Ullersdorff n. 7. constitutus, & sub initium seculi XIV. Otto, Kittlitzii in Lusatia Superiori, Possessor, Nro: 8. monumentis innotescit. Post istas ætat^{es} Historia Nostitzia magis magisque elucet, & a seculo XVI. ex Paolo Gentilitio, Anno 1577. constituto, auctoritateque Principis confirmato, sicut ex annexis III. Tabulis genealogicis, *vid: Addit: Lit: A. D. & E.* solide satis probatur, omnes illustres lineas in Polonia, Borussia, Lusatia superiori, Silesia, Bohemia, & Germania, quin immo ipsam lineam comitum Imperii, Hungaricam, in comitatu Tharotz, ex Marchionatu Lusatiæ superioris, & quidem ab una præmissarum trium stirpium, originem trahere. *Vid: Archiv: Gentil: Vol: XXXII. fol. 102.* Proprie duæ tantum stirpes existunt, nempe Unwürdensis & Ullersdorffensis. Additamentum enim *Lit A. n. 13.* luculenter patefacit, stirpem Rothenburg in medio demum seculo XV. ex stirpe Unwürda exiisse, Possessoresque bonorum Unwürdensium, quorum numero & bonum Nostitz, in illa ætate, additur, jam ex seculo XIII. explorata veritate, deduci posse. *Vid: n: 8. c. 1.*

Num vero stirps Unwürdensis, an Ullersdorffensis, antiquior sit? in istis obscuris temporibus, definire haud possumus; constitutionem

C

autem

autem trium iam dictarum primatiarum stirpium, & ordinem, juxta quem stirps Rothenburgica prior, quam Unwürdensis, & tandem stirps Ullersdorffensis ultimo loco habenda, iure meritoque conservo, quia Pactum Gentilitium de Anno 1577. tam in argumento suo, quam in appositis Tabulis genealogicis, eundem ordinem præfixit. *Vid: Additamentum Lit: C.*

Probabile mihi videtur, stirpem Rothenburgicam, ea de causa, præmissam esse, quia lineæ eius, jam ab anno 1497. se coniunxerunt, a Regibus Bohemiæ Documenta simultaneæ investituræ usque ad annum 1562. obtinuerunt, prius igitur, quam reliquæ duæ stirpes, ejusmodi Privilegia, conjunctim cum stirpe Rothenburgica, ab Imperatore Rudolpho II. sibi procuraverunt. Ad hæc accedit, iisdem temporibus Historiam cum Genealogia nimium neglectam fuisse, ut difficile sit, ad hæc usque tempora certi quid constituere. Archivum gentilitium, ex antiqua & media ætate, longe certiora indicia suppeditat, quam anno 1577. exstiterunt. Denique ostendo, me quidem, in Tabula Genealogica Lit: A. n: 1. Joannem, Zschochaviæ Possessorem, primum Auctorem trium illarum stirpium, & subsequentes usque ad Stanislaum n: 6., descendentes eius ponere, minime autem me evicturum, quod inde propagatio, a patre ad filium, formanda sit necessaria.

Hertwig autem Anno 1287. defunctus, est stipes communis trium stirpium, *vid: n: 789.* Hic enim ceriissime possessor fuit bonorum Dammitschensium. Ab hoc tempore recta descensio, in omnibus tribus stirpibus, lineisque, initium trahit. Largissimos fontes, ad genuinam inductionem stirpium Rothenburgicarum & Unwürdensium, pariter etiam Senioris domus Ullersdorfficæ, in stirpe ejusdem nominis, quoad Genealogiam, & quoad Historiam, Archivum Gentilitium mihi concessit, & meum inductum, de recentiori domu Schönbrun, in stirpe Ullersdorffica, pariter multos præclaros fontes habet, præcipue Documenta simultaneæ Investituræ, a Principibus concessa, in Originali Tab: III. Pacti Gentilitii in Additamento C. Acta Convent: Gentil: conscripta Vol: IV. A. Acta ærarii gentilitii Vol: VI. Acta Commercii Literarum Vol: XIII. Collectiones, quæ Vol: XXXII. & Vol: Hist: 7. inveniuntur; sunt & Historiographi in Silesia: e. g. Synapius, Herman, in Sacro suo Heraldices usu; Colerus & Lucas in Chronicis suis, item Zedler in lexico suo Universalis, & manuscripta Domini de Christellij, item Dns: Gregorius Laubanensis, nuperrime etiam Dom: Pastor Knauthe in suo impresso: *Origo Dominorum Nostitziarum.* Attamen accuratissime huius excellentis domus historiam elaborare non potui; quoniam, ad examinanda Auctorum scripta, multa requiruntur, & collectio documentorum privatorum, ex Silesia, nondum tam numerosa est, quam tale institutum postulat. Hicce autem defectus obstaculo mihi non fuit, quin, sufficientibus documentis probatam, Tabulam Genealogicam trium stirpium exaraverim,

rim,

rim, atque lineas Comitum & Baronum, in Prussia Polonica potissimum, & in magna Polonia, florentes, probationibus sat firmis, suo loco, ordinauerim. *Vid: Lit: D.*

Sequitur nunc Tabulae hujus genealogicae explicatio specialissima. Seniores Domini ab Anno 965. usque ad seculum XIII. comprehenduntur prioribus sex numeris.

Ad Nr. 1.

JOHANNES.

Vixit circa 965. possessionatus in Helvetia, militiae se dedit, sub auspiciis Henrici Aucupis; In subiugandis ethnicis gentibus Lusatiae superioris magna fuit eius opera, arcemque Zschochaviam, ad Quissum, in Lusatia superiori, firmissimum tunc temporis, contra impetus & turbationes ethnicarum gentium, exstruxit propugnaculum. Ab eo Descendentes eandem arcem, per multa tempora, possederunt, auctore manuscripto, in antiquo haeredio Nostitzio Heynewalde, quod nunc possidet Gens Canitziorum, asservato. *Vid: Vol: Hist: 7.*

Istum Ioannem Antecessores iam stirpem communem trium stirpium agnoverunt, quos Dns: de Christelly fecutus est. *Vid: Tabul: General: Vol. Hist: 3. fol: 190. & manuscriptum Christellij ibid: fol: 92.* Verisimile est, illum etiam bonum Nostitz dictum, in Lusatia superiori, possedisse, eique nomen dedisse.

Ad N. 2.

DITTMARUS.

Erat Archi Episcopus XV. Salisburgensis, obtinuit hanc dignitatem anno 1026. & mortuus est anno 1046. *vid: Synapii Curios: filesiacas part: 1. p. 69. & Isklm in Lexico suo Historico Geographico ad vocem Nostitz recenset: "In Statu Ecclesiastico nonnulli Domini Nostitzii iam in antiquis temporibus ad dignitates Episcoporum & Archi Episcoporum evecti sunt; sic enim Dittmar Idus erat Archi-Episcopus salisburgensis ab anno 1026. usque ad annum 1046." Hoc ergo non contradicit Chronologiae, si, illum filium praemissi Joannis fuisse, iudicamus.*

Ad N. 3.

FRIDERICUS.

Vixit circa annum 1147. cum Polonico Duce Boleslao Crispo iter fecit in Terram Sanctam, & quia de gloriosa victoria, quam Christiani apud fluvium Myandrum in Asia a Saracenis reportarunt, magnam sibi laudis partem vindicare poterat, Imperator Conradus III. anno 1147. illum Equitem creavit. Peregrinatio eius sacra quatuor annos duravit, & de reditu illius laetitia suorum incredibilis fuit, qui, eum iam ex vita

excessisse, putaverant. *Vid: Christophori Coleri Panegyricum Nostitianum.*

Ad N. 4.

ULRICUS.

Excelluit circa annum 1159. sub Duce Silesiaco *Conrado*, Officio præfecti equestris ordinis Silesiaci functus, *Vid: cit: Coler.* Inde patet eum in Silesia possessionatum fuisse. A veritate non abhorret, ante memoratum *Fridericum Patrem* ipsius fuisse, & ipsum hæredio *Ullersdorffico* in *Lusatia Superiori* nomen suum dedisse. Idem Auctor, varios *Nostitios* heroes, sub Imperatore *Friderico Barbarossa*, expeditiones Sanctas secutos esse, refert.

Ad N. 5.

SIGISMUNDUS.

Vixit circa annum 1180. sicut in manuscripto Domini de *Christelly* legitur. *Vid: Vol: Hist: 3. fol: 92.*

Ad N. 6.

STANISLAUS.

Fuit circa annum 1241. Præfectus bellicus in exercitu Ducis Silesiaci *Henrici pii.* Dissuasit proelium cum *Tartaris*, sed eius consilium, ob plura contraria vota, locum non obtinuit. Hostes victores erant. Dux ipse, cum omni fere exercitu, idem quoque *Stanislaus* in proelio cecidit. *Vid: Synap: Chronicam Silesiacam.*

Ad N. 7.

HARTWIG.

In *Dammitzsch*, fuit Capitaneus *Steinaviae* & Eques, mortuus est anno 1287. & *Steinaviae* in *Silesia* sepultus jacet, iuxta tenorem inscriptionis monumenti ejus, ibidem, a *Georgio de Nostitz*, præterito sæculo, renovati.

VERDIGIUS de Nostitz, Eques in *Dammitzsch* Capitaneus *Steinaviae* 1287. & infra

Officiosi Amoris & rediviivi honoris ergo, cura renovatum, & ab interitu vindicatum, *Georgii in Dammitzsch.* *Vid: Vol: XXXII. fol: 64.* Hunc *Hartwigium* trium stirpium abavum agnosco, & filios *Ottonem* Nro: 2. 8 *Balthasarem* N. 57. & *Georgium* N. 52. fuisse constituo, quorum primus Possessor bonorum *Unwürdensium*, alter bonorum *Horckensium*, in *Lusatia superiori* fitorum, tertius autem bonorum *Dammitzschensium* in *Silesia*, & *Ullersdorfforum* in *Lusatia superiori*, & huius posterioris gentis Prædecessores adscriperunt ipsi etiam in *Tabula Generali* bona *Unwürdensia*

densia & Ullersdorfica, *Vid: Vol: Hist: 3. fol: 190.* Saltem ex hoc monumento luculentissime apparet, bona illa Dammitschensia plus, quam per quingentos annos, hæredium Gentis esse.

Ad N. 8.

Nota: a Nro 8. usque ad N. 10. abavi Generosæ Gentis introducuntur, quum stirps Rothenburgica nondum, sed stirps Unwürdenfis solummodo fundata esset.

OTTO.

Forfan primus Hartwigi filius, & Abavus stirpium Rothenburg, & Unwürda, quia, non repugnante Chronologia, hujus filius esse potest, & anno 1577. agnati ex stirpe Ullersdorf, supra dictis duabus stirpibus senium concedunt. Docente monumento, in cæmeterio prope Kittlitzium, ad quam Parochiam, in antiquiori tempore, bona Nostitzia pertinebant, anno 1310. ex vivis discessit. *Vid: Vol: Hist: 7.* & propterea, quod hæcce bona, antiquum hæredium, ad stirpem Unwürda pertinens, fuerunt, ideo etiam fas est credere, eundem bonorum Kittlitz, Unwürda & Nostitz possessionem tenuisse. Ambo juniores eius fratres Balthasar & George introducuntur N: 51. & 52.

Ad N: 9.

ANONIMUS.

Vixit in seculo XIV. Prænomen ejus, & quæ ad vitam ejus pertineant, me fugiunt. Quia autem Otto N: 10. ex Archivo demonstratur, ergo Pater ejus absque nomine indicandus est, habebat adhuc unum fratrem, Nicolaum dictum, ut num. seq: ostendo, quem autem specialiter non indicavi, quia de nulla, ab eo, oriunda Linea, aliquid constat.

Ad N: 10.

OTTO.

In Unwürda, vixit anno 1396. interprete Barthol: Sculteto ex libro discretivo Goerlitzienfi ad annum 1396. Præter Henricum n: 12. subsequentem habebat adhuc germanum fratrem Hartwig, Patrem duarum filiarum, Orthæ Abbatissæ Marienthalensis in Lusatia superiori, & Anonimæ cujusdam. Hicce Otto solvit Abbatissæ Marienthalensi xx. marcas Goerliciensis. Patruus ejus ^{Nicolaus} hanc Abbatiam fundaverat, & usum fructum Hartwigi filia, Orthæ Abbatissæ legaverat. Simul etiam sororis illius, attamen sine nomine appellativo, mentio fit.

Ad N: 11.

Nota: Sub hoc numero Abavum specialem stirpis adhuc florentis Unwürdenfis definitio.

D

HER-

(14)
HERTWIG.

Vixit in seculo XV. Unwürdæ, datur in Tabula II. Paet: Gentil: primus Atavus stirpis Unwürdensis, *Vid: Additamentum Lit: C. T: II. n. 1.* Descendentes eius duas primarias familias, Unwürdensem & Cunewaldensem formant, quarum existentia in Historia a me tradita, & in annexis *III.* Tab: Geneal: specialissimis, fide Archivis congrua, probatur. In describenda autem hac, ad progeniem pertinente, Tabula, nimis copiosus forem, si plura adjicerem.

Ad N: 12.

Nota: Sub hoc numero introducitur stipes communis hodiernæ stirpis Rothenburg.

HENRICUS.

In Oderwitz, vixit anno 1409. munere Reg: Iud: Crimin: Assessoris ornatus Zittaviæ, teste Decreto confirmatorio huius Iudicii Crimin: ab Imperatore Wenceslao lato d. d. Totznickii, die lunæ post festum S. Iacobi anno 1409. *Vid: Script: Pastoris Kncuthii: Iudicia Criminalia in Lusatia superiori.* Ego, illum sub n. 9. non nominati filium esse, censeo, ex secundo quidem voto, quia fundatio n. 9. descripta, sui mentionem non facit. Non dubitandum tamen est, quin ad seriem antiquorum Abavorum stirpis Unwürdæ pertineat, quapropter eundem stirpis Rothenburgicæ Auctorem primum constituo, quia Synapius, omnesque Tabulæ Genealogicæ, quin immo ipsa hæc nostra Tabula generalis, *Vid: Vol: Hist: 3. fol: 190.* filio ipsius Casparo, patrem, cui nomen Henricus, dant. Hic Henricus igitur, Chronologia non contradicente, pater est.

Ad N: 13.

Nota: Ab hoc numero usque ad n. 50. series stirpis Rothenburgicæ sese extendit, sed quoad non nullas tantum lineas collaterales.

CASPARUS.

Dominus oppiduli Rothenburg & bonorum Zschochau, Gottau & Langenau vitam finiit anno 1487. & in Tab: I. Paet: Gentil: n. I. primus Atavus stirpis Rothenburgicæ constituitur. Munere Capitanei Præfecturæ in Circulo Budissinensi & Principatu Goerlicensi inde ab anno 1462. ad annum 1475. usque functus. Anno 1454. mille Equitibus ex illis copiis præfuit, quas Duces Silesiaci Balthasar & Rudolphus, Ordinis Teutonici Magistro Ludovico de Eringshausen in subsidium, contra rebelles suos, miserant. Hoc stipendium usque ad annum 1460. meruit, id quod doctus Pitzschmannus, scholæ Zittaviensis Rector, in manuscripto historiæ Nostitzianæ P: II. ex Conor: p. 66. - 78. & Hartknochius Autor Polonicus *L. I. C. 2. p. 87.* rationibus confirmat. Paulo post in Lusatia Superiori Præfecturæ utriusque circuli Capitaneus creatus, Testamentum anno 1484. nuncupavit, *Vid: Wiesneri Annales Laubanenses manuscr.*

Tem

commemoratur, ac Rothenburgum possedit. Lineæ specialis Rothenburgicæ Auctor, circa annum 1520. diem obiit. In Hist: Geneal: Sect: I. Lit: B. Tab: III. Illius & prolis suæ mentio fit.

Ad N: 17.

ASMUS.

Natu major suprascripti Caspari in Rothenburg filius. In Tom: I. Pacti Gentilit: n: 14. & Histor: Geneal: Sect: I. Lit: B. Tab: III. invenitur, anno 1585. mortuus est.

Ad N: 18.

HARTWIGIUS.

Secundus suprascripti Asmi filius, Rothenburgum vendidit, Neukircham, in Lusatia Superiori sitam acquisivit, Auctor Lineæ nunc existentis anno 1620. ex vivis decessit. In hist: Geneal: sect. I. Lit: B. T: IV. Illius cum prole mentio fit.

Ad N: 19.

JOHANNES HENRICVS.

Natu maior suprascripti Hartwigii in Neukirch filius anno 1680. decessit, l: c: invenitur.

Ad N: 20.

JOHANNES HARTWIGIVS.

Suprascripti Johannis Henrici natu major filius Neukircham vendidit, attamen ipse, sicut proles, ex domo Neukirch, cognomen asservavit; c: l: commemoratur.

Ad N: 21.

JOHANNES HARTWIGIUS ERDMANNVS.

Tertius antecedentis Johannis Hartwigii filius vid: cit. loc: Officio Centurionis in Exercitu Imperatoris fungens anno 1754. in octuagesimo sexto ætatis suæ anno defunctus est.

Ad N: 22.

GOTTFRIED ERDMANNVS.

Senior Johannis Hartwigii Erdmanni filius anno 1716. natus, Ser: Regis Polon: Cameraæ Præfectus in Conventu Gentilitio d: 10. Sept: 1764. Caput Familiæ unanimiter creatus vid: Vol: IV. Lit: B. fol: 295. authenticam relationem de Lineis Comitum Imperii in Prussia Polonica communicavit. Genealogia ipsius sect: I. Lit: B. T: IV. recensetur.

Ad N: 23.

Ad N. 23.

FERDINANDUS.

Secundus Iohannis Hartwigii Erdmanni n: 21. dicti filius, natus A. 1726. Centurio Elect: Sax: in turmis equitum levis armaturæ Ducis Caroli, octo proeliis interfuit, nec non hodierno delectui gentilitio, Genealogiam Illius vide cit: loc:

Ad N. 24.

OTTO.

Tertius Ottonis n: 15. memorati filius, in Tab: I. Pact: gentil: n: 17. invenitur, Possessor erat Neundorffii inferioris, auctor huius lineæ. Vid: Funckii Chron: Goerlitz: ubi in manuscr: p. 239. illius mentio fit. Ante annum 1567. diem obiit. Eius suæque prolis historia in sect: I. Lit: B. T: V. memoriæ est tradita.

Ad N. 25.

HIERONIMUS.

Natu primus Ottonis in Inferiori Neundorff iam dicti filius, anno 1562 Capitaneus Præfecturæ Goerlicensis creatus, anno 1584 defunctus est, in Tab: I. Pact: Gentil: n: 18. commemoratur, & historia Illius Genealogica in sect: I. Lit: B. T: vi.

Ad N. 26.

HIERONIMUS.

Secundus antecedentis Hieronimi in inferiori Neundorff ex secundis nuptiis prognatus filius, anno 1619 Goerlitzii decessit. Vid: Hist: Geneal: cit: loc: Natu maior Ottonis filius primus germanorum fuit, dignitate Cancellarii Regni Bohemiæ ornatus, liber Baro creatus, Possessor præstantissimorum Bonorum, vel sic dicti Domini Falkenau cum pertinentiis in Bohemiâ sitis, fuit, postea sub certis conditionibus maioratam constituit Gentilitium, variaque larga fundavit stipendia Academica, donec anno 1638. cælebs decessit. Junior linea Comitum Imperii de Rynek huius Maioratus possessionem occupavit. Videatur Pitschmanni manuscr: in Vol: Hist: 2. & mea foundationum gentilitiarum Historia.

Ad N. 27.

OTTO.

Unicus antecedentis Hieronimi in Inferiori Neundorff filius, conventibus Gentilit: annorum 1657. & 1660. adfuit, ubi, secundum celeberrimum Pactum Gentilitium, autoritate Principis confirmatum, initum est.

E

tum est.

rum est. Anno 1673. Senior Gentis factus, & antea iam anno 1661. Capitaneus Præfecturæ in Principatu Goerlitziensi creatus est. anno 1679. decessit, vid: cit. loc. & Conyent. gentil. Historiam in Vol: Hist: I.

Ad Nrum: 28.

CASPARUS OTTO.

Secundus antecedentis Ottonis filius Saxoniae Principis Electoris Camerarius fuit ac Lusatiae superioris delegatus, Possessor Inferioris Neundorff & Neukirch, anno 1694. diem obiit. Vid. Hist. Geneal T. VII.

Ad N: 29.

CASPARUS OTTO.

Unicus antecedentis in nieder Neundorff filius, item munere Camerarii Electoralis functus fuit. Anno 1727. arcam gentilitiam, Privilegia atque documenta Gentis asservantem, ex quibus Archivum Gentilitium compositum est, ex bonis Gentilitiis Dammitzsch anno 1727. in Silesiam & quidem Horckam transportare curavit. Anno 1728. defunctus Vid: cit. I.

Ad N. 30.

OTTO FRIDERICVS.

Secundus antecedentis Caspari Ottonis filius anno 1715. Neundorffii Infer. natus, quod hæredium stirpis, durante adhuc minorennitate Ipsius, venditum est. Hodierno Conventui delectus Gentilitii adfuit. Vid: protocoll. & conclus Vol. IV. B. f. 378. In Geneal Histor. Gentil. Tom. VIII. Illius fit mentio.

Ad N: 31.

HENRICUS.

Quartus n. 15. memorati filius, in P. I. Pact. Gent. n. 21. invenitur. Villæ Noes, haud procul a Rothenburg sitæ, possessor & huius lineæ auctor fuit. Circa annum 1562. defunctus est, vid. Hist. Geneal. Gentilitiæ sect. I. Lit. B. T. XI.

Ad N. 32.

HENRICUS.

Prior Supradicti in Noes filius in Tab. I. Pact. gentil. n. 22. recensetur. In Lusatia Superiori munere Observatoris rationum Provincialium & simul Capitanei Præfecturæ Principatus Goerlitziensis anno 1585. functus, anno 1592. mortuus est. Vid. Geneal. Histor. Gentil. T: XI.

Ad

Ad N. 33.

HENRICUS.

Septimus Supradicti Henrici ex primis nuptiis procreatus filius. Bona Noes vendidit, Dehsam minorem, in Lusatia Superiori sitam, acquisivit, Officio Cæsarei Dapiferi præfuit, item delectui latiori Circuli Budissinensis interfuit, anno 1627. decessit. vid. Geneal. Histor. gentil. Tabula XI.

Ad N. 34.

CAROLUS HENRICUS.

Natu maior supradicti Henrici ex secundo coniugio filius officio Præfecti Cameræ Elect. Sax. nec non Commissarii Provincialis Circuli Budissinensis præfuit, Auctor familiarum Halbendorff, Mittel Sohland, Nieder-Horcka, Gersdorff, Anspach & Malschwitz. Anno 1660. & 1673. in delectu gentilitio Senior gentis creatus, item anno 1661. ad impetrandam ab Electore Saxonæ Confirmationem supra memorati pacti gentilitii ex familia fuit electus. Vid. Vol. IV. Lit. A. f. 72. & Hist. Convent. gentilit. Vol. Hist. I. f.

Præter alia bona Budissam minorem, in Lusatia Superiori sitam, possidebat, in quibus bonis fixam aliquam sortem, quam Senioratus sortem vocant, in favorem Descendentium, fundavit. Vid. foundationes gentilitias in Vol. Histor. I. anno 1684. decessit. Vid. Histor. Gentil. Tab. XIII.

Ad N. 35.

CAROLUS GOTTLOB.

Caroli Henrici natu maior filius, Budissæ minoris & Halbendorffii fuit possessor, & Elect. Saxon. Capitanus Præfecturæ Stolpenensis, Circuli Misnensis. Medio-Sohlandicæ lineæ fuit auctor, atque anno 1707. diem obiit, vid. Hist. Gentil. Tab. XIV.

Ad N. 36.

WOLFF HARTWIGIUS.

Tertius Supradicti Caroli Gottlob ex primo coniugio filius. Medio-Sohlandiam acquisivit, munere locum tenentis Elect. Sax. functus, ex vivis decessit, vid. Hist. Gentil. Tab. XV.

Ad N. 37.

CAROLUS HENRICUS EHRHARDUS.

Secundus iam memorati Wolffii Hartwigii filius anno 1719 natus, Reg. Boruss. Centurio & Ordinis militaris *Pour le merite* dicti, Eques fuit, item Possessor Dobschutzii in Circulo Goerlicensi siti; delectus Gentilitii

tilitii Assessor est, multa documenta antiqua Archivo inseruit, hodierno-
que Delectus Conventui adfuit, & Junioris fratris Wolffii Hartwigii
Ferdinandi anno 1721. nati, nunc Elect: Saxon: Camerae & Stabulorum,
Præfecti subscriptionem communicavit. Duos procreavit filios, Henri-
cum Augustum Ferdinandum die 12. Decembris 1764. & Johannem Ehr-
hardum Adolphum anno 1766. natos. Vid: Protoc: & Conclus: Vol: IV.
B. fol: 272. & Hist: Geneal: Tab. XV.

Ad N. 38.

JOACHIM ERNESTUS.

Caroli Henrici n: 34. memorati filius, Gersdorffii possessor & hu-
jus Lineæ Auctor Circuli Goerliciensis Senior fuit Provincialis. ac 1714.
decessit. Vid: Hist: Geneal: Tab: XVII. Istius Lineam Horckiam illam-
que in Marchionatu Onoldino florentem continuo, quia inter patru-
eles utriusque Lineæ adhuc vivos, de Comitum & Baronum Nostitzio-
rum in Polonia patefacta Linea litterarum commercium fuit.

Ad N. 39.

ERNESTUS GOTTLOBUS.

Quartus supradicti Joachimi Ernesti filius, Officio Locum tenen-
tis in Exercitu Elect: Saxon: præfuit, Inferiorem Horckiam possedit, hu-
jus Lineæ Auctor, item anno 1727. simul cum Casparo Ottone ex Fami-
lia Inferioris Neudorffii ad transportandam arcam, in qua documenta
Genealogica asservantur, ex bonis Dammitschiensibus in Silesia delega-
tus fuit, quam arcam etiam ipse ad annum 1738. usque, suæ inspectioni
& curæ commendatam habuit. Vid: Hist: Arch: Geneal: in Vol: Hist: I.
anno 1740. decessit, vid: Hist: Geneal: ad Tom: VIII.

Ad Nr. 40.

CAROLUS GOTTLOBUS.

Secundus antecedentis Ernesti Gottlobi filius, ex familia Inferio-
ris Horckæ anno 1729 natus, Ievericæ in Copfinibus Frisicæ Orientalis
Consiliarii intimi munere apud Anhaltino - Servestinum Principem fun-
gitur. Vid: Hist: Geneal: Tab: XVIII.

Ad N: 41.

JULIUS HENRICUS.

Tertius Joachimi Ernesti n: 38. memorati ex secundo connubio
filius, Onoldinæ familiæ adhuc florentis auctor, Marchioni Onoldino
ab intimis consiliis Provinciarumque Director, item supremus in inferiori
Trudinga Præfectus fuit, circa annum 1756. autem mortuus est, vid:
Hist: Geneal: Tab: XX.

Ad N: 42.

Ad N. 42.

FRIDERICUS LUDOVICUS.

Julii Henrici antecedentis secundus filius, Marchionis Onoldini Camerae & Arcis Praefectus Anno 1729. natus fuit; hic de hodiernis Delectus gentilitii expeditionibus certior factus est.

Ad N. 43.

GEORGIUS.

Tertius Caspari sub n. 13. memorati filius in Pact. Gentil. Tab. I. n. 32. invenitur; Possessor Gottaviae eiusdemque lineae auctor, ac Praefectus monasterii Marienthalensis fuit. Vid. Carpzovii Templ. Honor. part. 1, p. 350. Anno 1520. defunctus est. Vid. Histor. Geneal. sect. 1. lit. C. T. 1. Illius Lineae collateralis decem Tabulas genealogicas implent. Natu majorem ejus filium ^{Hieronimum} cum sua Linea Iahmenensi, eam ob causam adduco, ut, quomodo Dns Mauritius Wilhelmus, in hodierno Delectus Gentilitii Conventu praesens, ab illo descendat, demonstrare possim.

Ad N. 44.

HIERONIMUS.

Antecedentis Georgii Gottaviensis filius natu maximus in Tab. I. Pact. gentil. n. 33. invenitur, circa annum 1576. decessit, vid. cit. loc.

Ad N. 45.

CASPARUS.

Jam dicti Hieronimi natu major filius. In Tab: I. Pact: Gentil: n. 34. ejus fit mentio. Possessor Bonorum Iahmensium, simul Auctor Jamentis Lineae fuit. Dum vivebat, pestilens contagio vagabatur Budissae. Urbi huic, multis miseriis vexatae, praecleara officia praestitit. Mortuus 1587. vid: Gen: Hist: cit: loc: Tab: III

Ad N. 46.

GEORGIUS

Octavus praecedentis Caspari Jahmensis filius, Anno 1592. Affectus fuit apud Tabulam sic dictam honorum, Budissae habitam. Per aliquod annos administravit officium Delegati Provincialis. Anno 1602. ad Dignitatem Capitanei Praefecturae Gœrliciensis evectus, 1619. diem obiit supremum.

Ad N. 47.

GOTTHARD WITTICH.

Tertius jam memorati filius possessor Bolbrizii fuit, & ex vivis decessit circa 1646. vid: Hist. Gentil. T. II.

F

Nro 48.

Ad N. 48.

GEORGIUS CASPAR.

Unicus Gotthardi Wittichii filius, ex primis quidem votis, Anno 1660. in Conventu Gentilitio delegatus creatus. Emit bona Werdenfia, Inter vivos fuit 1676. vid: Hist. Gentil. Tab. III.

Ad N. 49.

MAURITIUS ADOLPHUS.

Quartus antecedentis Georgii Caspari filius, Elect: Saxon: cubiculi Aulicus, rei Silvariae & Venatoriae Provincialis Magister Dobri-Luckii in Lusatia Inferiori fuit, Uhnam jure hæreditario acquisivit, iuniorisque Lineæ Uhnæ Auctor exstitit. Anno 1746. ex vivis decessit. Vid. Hist. Geneal. T. III.

Ad Nr 50.

MAURITIUS GVILHELMUS.

Secundus mox dicti Mauriti Adolphi filius A. 1723. natus, Uhnam possidet, ac Munere Commissarii Provincialis Circuli Budissinensis fungitur; In Conventu Gentilitio Anni 1764. & Delectu Inspector Aerarii gentilitii creatus, vid. Vol. IV. lit. B. fol. 272. & conventus gentilitii Historiam in Vol. I. Histor. Hodierno Delectui gentis adfuit.

Ad Nr 51.

BALTHASAR.

Ab hoc numero originalis domus Ullersdorffica initium capit; Illum secundum Hertvigii in Dammitsch n. 7. memorati filium, Ottonem autem in Unwârda n. 8. dictum natu majorem, ac Georgium n. 52. commemorandum natu juniorem, huius Balthasari filios esse, quin immo priorem filium in repartitione bonorum, in Lusatia Superiori Unwuerdam, secundum filium Horckam penes Ullerdorfium, tertium autem Ullersdorffium atque Dammitsch in Silesia sita bona accepisse, judico, id quod saltem Chronologiæ non contradicit. *Colerus* enim in Panegyrico suo Nostitziano Balthasarum quendam belli Præfectum Silesiacum fuisse tradit. Hic Balthasar Lineæ Horckiae Senioris iam extinctæ autor est, cuius filii, quamvis non nominati, descensionem anno 1404. & anno 1429. documentis bene probatam invenimus vid. n. 54. & n. 55.

Ad Nr 52.

Nota. Inde ab hoc numero domus Ullersdorffica principalis ac Senior in hac stirpe ad n. 76. usque continuatur, in qua domo tot numerantur lineæ, ut XXXIV. exinde Tabulæ Genealogicæ impleantur.

Georgius

GEORGIUS.

Tertius Hartvigii n. 7. iam dicti filius in Tabula stirpis Ullersdorffianæ generali atavus huius stirpis censetur, vid. Vol. Hist. 3. f. 192. Colerus magnum oratorem eum prædicat, qui circa 1306. Urbis Basileæ delegati munere functus, Urbis huius claves Imperatori Alberto tradidit, & ob hanc rem catena aurea ab Illo donatus fuit.

Ad Nr 53.

CONRADUS.

Antecedentis Georgii filius, in manuscripto Domini de Christelli Vol. Hist. 3. fol 93. quod adhuc 1350. inter vivos fuerit, commemoratur. Hæc temporis periodus chronologicis stirpis Ullersdorfficæ circumstantiis pulcherrime congrua est. Duos Illi natos fuisse filios affirmo, quorum natu major, Otto nempe, prout domus Senioris Ullersdorfficæ auctor, mox in sequenti, natu minor autem, Nicolaus, prout auctor Domus originalis secundæ de Schönbrunn, erunt memorandj. Vid. lit. D. & E. n. 1.

N. 54.

OTTO.

Senior antecedentis Conradi filius, uti iam dictum, & anno 1404. possessor Ullersdorffii. Nam Dns: Pastor *Knauthe*, in impresso illo, cui titulus: Origo Dominorum de Nostitz, p. 35. seq. ex Sculteti Libr: Scabin. Görlicien. recitat: Ottonem de Nostitz in Ullersdorf & Ottonem de Nostitz in Horcka A. 1404. in Test. St. Vincent. Martyris sponsonem summæ centum marcarum suscepisse, quum Luther de Gerisdorf i. e. Gersdorf, in Kunau, a Joanne de Kotevitz in Lodda hanc summam mutuam accepisset; ex qua recitatione non solum Otto, hoc numero, expressus, sed & alius Otto, ex linea Horckia, natus, notescit, quorum abavum Balthasarum fuisse n. 51. commonstravi. In T. III. Paët. Gentil. sub Tit. *Proavi*, eius fit mentio.

Ex documento antecedenti autem ipsius prænomen patet.

Nr 55.

OTTO JUNIOR.

Praecedentis, in Ullersdorff, Ottonis filius in T. III. paët. Gent. n. 1. Avi nomine exprimitur, attamen ex sequentibus rationibus Illum Ottonem fuisse appellatum, patet: Inter ipsum enim, & patruales suos, Nicolaum Pfaffium, ex una, & Bernhardum de Knobelsdorf, ex altera parte, separatio facta est Anno 1429. Auctore Dno Pastore Knauthe, c. 1. ex Sculteti libro discretivo. Hoc Documentum Judiciale Nicolaum Pfaffium Ottonis Ullersdorffici patruelem esse dicit, quem inde omni jure Ottonis Horckienfis filium fuisse affirmare possum.

F 2

Histori-

Historica monumenta illius Nicolai, qui etiam filius Ottonis in Kit-
ditz n. 8. commemorati fuit, restantur, illum Anno 1396. iam non ex-
stitisse.

Lineæ Horckiaë, ab illo tempore, nulla fit mentio. Denique duos
illi natos esse filios, vid. n. 56. & 68. & illum tempore allegatæ separatio-
nis, adhuc valde juvenem, nec non utriusque Lineæ originalis Ullers-
dorfiæ Senioris, ac Quolsdorffiensis fuisse Auctorem, recenseo.

Ad Nr. 56.

OTTO.

In Ullersdorf, bona Ullersdorffica, Quolsdorffensia &c. cum fra-
tribus Georgio & Joanne habuit communia, ac prior eius uxor Barba-
ra de Tschirnhaus ab ipso pacta dotalitia in Præfectura Goerlicensi, per
Capitaneum Præfecturæ Casparum de Nostitz n. 13. commemoratum d.
d. Ullersdorffii die Martis post festum Visitationis Mariæ 1472 confirma-
ta, accepit. Vid. orig. in Archiv. Gentilitio. In T. III. Pact. Gentil.
n. 2. sub Tit. Patris invenitur. Prænomen autem ipsius ex supra dictis
documentis deduco.

Ad Nr. 57.

WOLFF.

Jam dicti Ottonis filius, cuius in Pact. Gentil. T. III. n. 3. fit men-
tio. Wladislai, Bohemiæ Regis, Dapifer fuit, & Eques, id quod docu-
menta Archivi originalia probant. Ex bonis inter ipsum, & Ioannem
patrum, n. 68. cum prædicato Auctoris Lineæ Quolsdorffiensis, comme-
morandum, bipartito distributis, Ullersdorffium, ille autem Quolsdor-
ffium accepit. Wolff, circa 1534. vitam finiit, vid. Hist. Geneal. Sect.
III. lit. A. T. I. Descensionem utriusque Domus, ad hodiernum usque
diem in illis continuo lineis, ex quibus infra scripti Domini, in hoc de-
lectu Gentilitio Præsentes, orti sunt.

Ad Nr. 58.

CASPARUS.

Tertius antecedentis Wolfii filius, cuius & fratrum bona diversa,
inter illos, fuere communia. An. 1580. ex vivis decessit, Illiusque hi-
storia in Tab. III. pact. Gent. n. 5. & historia Geneal. T. II. recensetur.

Præter alios, fratrem quoque habuit Ottonem, separatæ sed iam
ante octoginta annos deletæ, Lineæ, Auctorem, quam quidem lineam, ne
huius Tabulæ Genealogicæ finem transgrediar, silentio prætereo.

Ad Nr. 59.

WOLFF.

Natu primus antecedentis Caspari filius, inter se, supradictum pa-
truum

trum Ottonem, & quinque fratres: Joannem, Christophorum, Casparum, Abrahamum, & Eliam, bona divisit. Finitis duodecim expeditionibus, quibus adfuit, bellicis, in bonis Rengersdorfii Infer. delituit, brevi ante obitum tempore bona Iankendorfica emit: Senior illius in subsequenti n. 60. notandus filius, Lineæ Jaenkendorfensis, junior autem Wolfius Fridericus, Rengersdorfensis inferioris fuit Auctor, quarum item haud facio mentionem. Natu major, ex secundis votis frater Christophorus, Lineæ Crobnitzensis in multas Lineas collaterales nunc extensæ, fuit Auctor, ex qua multi præstantissimi viri prodierunt, inter quos egregium Ullersdorficæ Familiæ decus, Regis Danorum in exercitu Legatus & Castelli Glückstadiensis Præfectus, nec non Eques Ordinis Dannebroog, ex linea Reichstaedt, emicat maxime. Natu minor Wolfii, ex secundis nuptiis, frater, cui nomen Elias, in bonis Ullersdorficis a Patru filio Ottone An. 1608. emit, sortem fundavit, quam dicunt Senioratus, in favorem linearum fraternalium Jaenkendorf, Rengersdorf infer. & Crobnitz, nulloque relicto herede Anno 1634. e vita decessit.

Id quod obiter tantum enarratur. Wolff An. 1620. obiit. vid. illius Wolfi & fratrum Hist. Geneal. Sect. III. lit. A. T. II.

Ad N. 60.

CASPARUS.

Primus antecedentis filius, in partitione fraterna Iankendorf accepit. Huius Lineæ fuit Auctor & Anno 1633. diem obiit. vid. Hist. Geneal. T. III.

Ad N. 61.

ELIAS CASPARUS.

Tertius antecedentis in Iankendorf filius, tertius Patru Eliæ hæres fuit institutus, cujus n. 59. mentio est facta. Anno 1653. vitam cum morte mutavit vid. Hist. Gen. c. 1.

Ad N. 62.

JOANNES CASPARUS.

Antecedentis Eliæ Caspari primus filius, bonorum Iankendorf, Wiesa, See, & Opach, fuit Possessor. Inter alios filium procreavit, Joannem Hartwigium Gotthardum in Ullersdorf sub n. 63. citandum, iunioris igitur familiæ Ullersdorficæ Auctor habetur. Filios quoque genuit Wolff Adolph Traugot, Lineæ Opachicæ Auctorem, Joannem Ferdinandum Gottlieb Lineæ Seensis jam extinctæ Auctorem, item ex secundis votis Wolff Gottlob Lineæ extinctæ Iankendorf Auctorem, id quod, velut in transitu, recenseo. Iudicii ordinarii ac pupillaris Goerliciensis fuit Assessor, & Anno 1695. delectui gentilitio adfuit. Ultimam

G

volun-

voluntatem testamento nuncupans, ut descendentes sui, in subscriptionibus, nominibus Nostitz & Jaenkendorf simul uterentur, constituit. Ex vivis decessit Anno 1706. vid. Hist. Geneal. c. 1.

Ad N. 63.

JOANNES HARTWIG GOTTHARD.

Quartus antecedentis Ioannis Caspari, ex primo conjugio natus filius, Wiesam, hæreditario jure, post patris decessum, acquisivit, Ullersdorfium a Dno Christiano Friderico, hoc tempore, Majoratus Ullersdorffici Seniore, ex Crobnitzio-Ullersdorffica linea nato, emit, cujus quidem descendendum, æque ac Majoratus, n. 59. jam feci mentionem. Hodiernæ Ullersdorfficæ Lineæ Auctor: item extinctæ Lineæ Wiesæ, quin imo adhuc existentium Linearum: Wiesæ, Culmii, & Kreckwitzii. Anno 1738. universa Gente consentiente, arcam, documenta gentilitia asservantem, in arcem suam Ullersdorfficam transportare, curavit, eodemque anno senior gentis creatus anno 1749. decessit, vid. Hist. Geneal. T. V. it. Vol. IV. A. & Vol. IX. A. sub Tit. Act. Majoratus.

Ad N. 64.

JOANNES WOLFGANG GOTTHELFF.

Septimus antecedentis Joannis Hartwigii Gotthardi filius, ex primis votis, an: 1722: natus, apud Reg: Boruss. vigiliarum Præfecti Adjutorisque, in alis exercitus, munere fungitur, Possessor Ullersdorffii an. 1753. Senior gentis creatus, d. 1. Octobr. d. a. conventui Gentilitio, Majoratusque, interfuit, ac an: 1755. latiori Ordinum Lusatia Superioris Delectui fuit adscriptus, Arcam, documenta Genealogica asservantem, auctoribus suisoribusque cæteris dominis Consobrinis huius gentis, in statum Archivi Gentilitii communis an: 1764. d. 10. Sept. transformavit. Novissimus Conventus Gentilitius in ipsius bonis fuit, ubi hocce Archivum, per conclusum, in illius arce, est confirmatum. Conventus Maioratus d. 16. Septbr. d. a. Goerlitii, item hodierni Conventus delectorum Gentilitiorum, Ullersdorffii habiti, fuit suasor. Vid Hist. Geneal. T. VII. & Acta Conv. gentilitii, Vol. IV. B. nec non Conv. Majoratus Acta Vol. IX. B.

De Ordinatione Archivi Genealogici, Historia Gentilitia accuratissima, itemque Genealogica, optime meritus est. Ex primis votis filius Joannes Carolus Gotthelf d: 25. Martii 1759. ex secundis Joannes Henricus Gottfrid d. 21. Decembr. 1761. sunt nati.

Ad Nr. 65.

JOANNES HENRICVS GOITTFRIED.

Octavus Joannis Hartwigii Gothardi, ex primo Conjugio, filius, vid:

vid. n. 63. an. 1723 natus, apud Reg: Pruf. Turmæ equestri præest, Wiesam possidet; an: 1753. delectui Gentilitio adscriptus, an: 1764. Senior gentis creatus, utrique jam dicto Conventui gentilitio ac Majoratus interfuit. Merita ipsius de Archivo Gentilitio, item de Historia, & Genealogia Gentilitia, præclarissima sunt. Negociis in hodierno Delectus Conventu expediendis curam adhibuit. Filius ejus Joannes Carolus Gottlob an: 1754. d. 9. Septembris natus. vid. Hist. Geneal. T. VIII. aliæque n. 64. allegata Volumina.

Ad N. 66.

JOANNES ADOLPHVS GOTTHOLDVS,

Joannis Hartwigii ^{Gothardi} n. 63. memorati natu maior, ex secundis votis, an: 1739. natus filius, apud Imper: Reg: Exercitum Turmæ Equitum præest, itemque Judicii Aulici Goerliciensis Assessor Culmiæque Possessor est. Delectui Gentilitio 1764. adscriptus. In hoc conventu gentilitio protocollum genealogicum conscripsit. Maioratus Conventui Goerlicensi & hodierno Conventui Delectus gentilitii adfuit. Vid: Hist: Genealog. T. IX. cæteraque n. 64. Volumina allegata.

Ad N. 67.

JOANNES AVGVSTVS GOTTLÖB.

Junior Joannis Hartwigii Gothardi n. 63. memorati, ex secundis votis, an. 1741. natus filius, Elect: Sax: Cubicularis Aulicus atque Venatorius, nec non Judicii Aulici Budissinensis Assessor, Krekwitzam possidet. Conventui Gentilitio & Majoratus, an: 1764. habitis. item hodierno delectus conventui adfuit. Vid: Hist: Geneal. T. X. æque ac reliqua n. 64. allegata Volumina.

Ad N. 68.

JOHANNES.

Secundus Ottonis n. 55. notati filius, Ottonisque n. 56. citati frater, in partitione honorum cum fratris filio Wolfio an: 1512. facta, Quolsdorfium accepit vid: n. 57. Huius Linæ est Auctor ejusque historia in Tab: III. Pacti Gentilitii n. 8. exponitur. Multa Illius Documenta Originalia in Vol. XXI. adhuc exstant. Anno 1515. erat inter vivos. vid: Hist: Geneal. sect: III. lit: C. T. I.

Ad N. 69.

HIERONIMUS.

Unicus iam dicti Joannis in Quolsdorf filius, cuius in T. III. Pacti Gentil: n. 9. mentio est facta, inter vivos an: 1543. numerabatur, te

stante Instrumento venditionis Originali bonorum Zenthendorf, inter Wolfii-Ullersdorfici n. 57. notari filios. vid: Vol: XXI. Historia ejus Genealogica in sectione III. lit: C. T. I.

Ad N. 70.

GEORGIUS.

Antecedentis Hieronimi Quohlsdorfici filius, cuius Historiam in Tab: III. Paet. Gentil: n. II. tradimus. an: 1588. ex vivis decessit. vid: Hist. Geneal: sect: III. lit: C. T. I.

Ad N. 71.

CHRISTOPHORUS.

Supradicti Georgii Quohlsdorfici filius, Historia eius in Tab: III. Paet: Gentil: n. 12. recensetur. an: 1612 inter vivos fuit. In Documentis simultaneae Investiturae Imperatoris Matthiae de dicto anno illius fit mentio. Vid: origin: n. VI. & Hist: Geneal. cit. loc.

Ad N. 72.

JOHANNES GEORGIUS.

Antecedentis Christophori Quohlsdorfic. & Teuchensis natu major filius, id quod ex documentis Vol: XXI. probatur. Ex vivis an: 1635. decessit. Linearum Radischii majoris & Quohlsdorfii adhuc florentium est Abavus. Hic autem Seniores tantum Lineae exponuntur.

Ad N. 73.

JOHANNES CHRISTOPHORUS.

Antecedentis Johannis Georgii in Quohlsdorfio inferiori filius, Conventibus Gentilitiis annorum 1657. & 1660. adfuit. Vid. Orig. Paet. gent. ex conclusis de citatis annis compilatum. Vol. IV. A. an: 1665. obiit. vid. Hist. Geneal. Sect. III. lit. C. Tab. II.

Ad N. 74.

CAROLUS GOTTLOB.

Ioannis Christophori antecedentis, ex secundis votis, prognatus filius, Radischam majorem emit, huiusque Lineae est Auctor. In exercitu Reg. Dan. locum tenentis munere functus an: 1722. vitam finiit. vid. Hist: Geneal. cit. loc.

Ad Nr 75.

FRANCISCUS ADOLPHUS.

Quartus antecedentis Caroli Gottlob in Radischa majori filius in Pol: Reg: ac Sax: Elect: exercitu Centurio fuit. An: 1729. diem obiit.

Ad N. 76.

Ad N: 76.

CHRISTIANUS GOTTLOB ADOLPH.

Antecedentis Francisci Adolphi, in Radischa majori, filius anno 1719 natus. Ab intimis bellicis Pol: Reg. & Sax: Elect: consiliis fuit. In conventu gentilitio anno 1753 Delectus creatus, Conventui gentilitio anno 1764 ad fuit, ac Archivum documentis auxit elegantissimis. Tres habuit filios, qui sunt nominatim; Joan: Carolus Gottlob An: 1743. die 16. Decembris natus, in Sax. Elect: exercitu Locum tenens; Joannes Christianus Gotthelff, Elect: Sax: Nobilis aulicus 1747. d. 17. Junii & Ioannes Ernestus Augustus 1751. d. 23. Octobr. natus. vid. Hist. Geneal. c. l.

Sequitur itaque Tabula Genealogica secundæ Lineæ Primariæ Schoenbrun ex Stirpe Ullersdorf vid. Lit: D. ejusque explicatio Lit: E. Signatum in Arce Ullersdorf d. 10. Febr: 1767.

Præmissam explicationem Tabulæ generalis Genealogicæ trium stirpium Rothenburg, Unwürda & Ullersdorf sub Lit: A. exaratae, per documenta & Auctores Archivi Gentilitii communis in arce Ullersdorf munitæ, esse confirmatam, & inde deductam, Ego, Auctor, testor mea subscriptione, appositoque meo Sigillo Gentilitio. Signatum in Arce Ullersdorf d. 10. Febr. 1767.

(L.S.)

*Christianus Ludovicus de Griesheim,
Seren. Duc. Sax. Goth: Cap. Præf. Supr.
item Aulicus & Consistorii Consiliarius.*

ADDI-

ADDITAMENTUM

Lit: E.

Explicatio Tabulae Genealogicae Familiae Schoenbrunn,
stirpis Ullersdorf vid: Lit: D.

(a)

NICOLAUS.

Est primus Auctor familiae Schoenbrunn, stirpis Ullersdorf, & secundus Conradi filius, sub lit. A. & B. Nro: 53. commemorati. Christelli numerat istum inter possessores Dammitschii, vid. istius manuscr: Vol: hist: 3. folio 93. Archivi Genealogici. Carpzovius in templo suo honorum P. II. pag: 60. ex Duglos: Hist: Pol: Tom: I. libr. XI. pag. 288. narrat: Illi anno 1410. urbem Thorunium in Prussia tuendam traditam fuisse, a Vladislao V. Jagellone, Poloniae Rege tunc temporis occupatam. Duos reliquit filios, Fridericum nempe, & Casparum Lit: b. & c.

(b)

FRIDERICUS, vel FRITZO.

Natu maior Nicolai filius, Auctor familiae Zedlitz, Possessor erat Zedlitzii, Bielwiesae, Ramsenii & Barschvitzii, in Silesia sitarum. Synapius, & alii historici Silesiaci illum a focero Nicolao de Unruhe Zedlitzium emisse, & a Conrado III. Silesiae Duce, duas Confirmationes huius emptionis accepisse tradunt, primam anno 1404. secundam anno 1411. Item: Illum anno 1420 adhuc vixisse, & quinque filios procreasse, nimirum Conradum vid. n: 1. Heintzium vid. n. 2. Casparum vid. n. 3. Ottonem vid: n: 10. Iohannem vid: n: 22. Hi quinque fratres, cum patruale Iohanne Comite in Zedlitzio Superiori, inter se convenerunt vid: Lit: d. quum igitur Fridericus Auctor lineae principalis Zedlitziensis sit, prosapia illius in Tab: I. sequitur.

Ad Tabulam *imam*

N: 1.

CONRADVS.

Natu maior Friderici filius Pastor loci Lubenii fuit, & ius suum in Zedlitz, fratris filio Casparo, praesente Johanne Sagani, & Glogaviae maioris Duce, ^{in arce Wohlau} die Mathaei Anno 1498 cessit. vid: Synap. Siles. curios. pag: 85. & infra N: 10. Ad

TABULA GENEALOGICA

TRIUM STIRPIUM ROTHENBURG, UNWÜRDA, ET ULLERSDORF,

GENTIS de NOSTITZ

Ex Pact. Gentil. Nostitz d. d. Goerlitz d. 10. Dec. 1577.

Tab. I.

STIRPS ROTHENBURG


1. Caspar de Nostitz.



Tab. II.

STIRPS UNWÜRDA

1. Herrwig de Nostitz in Unwürda



Tab. III.

STIRPS ULLERSDORF,

Proavus de Nostitz in Ullersdorf et Damitzsch
Stirps Senior Ullersd. — — — — — Junior Ullersd. — Schoenbornens.

Tabulas illas III. memoratas Genealogicas Rothenburg, Unwürda, et Ullersdorf, Gentis Nostitziae ex Pactis Gentil. Nostitz. d. d. Goerlitzii d. 10. Decbr. 1577. ex illius Gentis, in Arce Ullersdorf corroboratis, et in Archivo communi Gentilitio repositis Documentis, ad probandam Agnationem familiarum Comitum Nostitz-Jackowski, et Nostitz-Bakowski in Prussia Polonica, itemque Linearum Drzewiecki, ex Domo Driebitz in magna Polonia, cum omnibus reliquis notis Lineis illarum trium stirpium Principalium, ex iussu Dominorum Seniorum Gentis, rescriptas esse testor, Ego, qui res hujus Gentis Generosae ordinavi, mea subscriptione, et apposito meae Gentis Sigillo. Sig. in Arce Ullersdorf. d. 10. Febr. 1767.



Christianus Ludovicus de Griesheim
Seren. Princ. Goth. supr. Praefecturae Capitaneus, Aulae et Consistorii Consiliarius.

STADT ROTHEBURG

STADT ROTHEBURG

STADT ROTHEBURG

STADT ROTHEBURG

STADT ROTHEBURG

STADT ROTHEBURG

STADT ROTHEBURG

STADT ROTHEBURG

STADT ROTHEBURG

STADT ROTHEBURG

STADT ROTHEBURG

STADT ROTHEBURG

STADT ROTHEBURG

STADT ROTHEBURG

STADT ROTHEBURG

STADT ROTHEBURG

STADT ROTHEBURG

STADT ROTHEBURG

STADT ROTHEBURG

STADT ROTHEBURG

STADT ROTHEBURG

STADT ROTHEBURG

STADT ROTHEBURG

Handwritten text in the left margin, including names like 'Lamprecht' and 'Lamprecht'.

Table with 3 columns and 4 rows of handwritten text, likely a list or index.

Handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or date.



Lit. D
TABULA GENEALOGICA
 II. NOSTITZÆ DOMUS PRIMARIÆ SCHOENBRUN
 EX STIRPE PRIMARIA ULLERSDORFF.

(a) Nicolaus, Stipes communis Ildæ Domus Primariæ Schoenbrun, vixit Ao. 1410.


b) Fridericus, Auctor Lineæ Originalis Zedlitz in Silesia
 vixit 1420. vid. Tabul. I.

c) Caspar, Comes, Auctor Lineæ Originalis Lampersdorff.
 † 1462.

d) Ioannes, Comes, Auctor Ildiæ Lineæ specialis Nostitz
 Jackowskise Dammtsch et Lampersdorff, vid. Tabula
 Ildæ Ildiæ IVta


Tab. I.

Linea Zedlitzensis
 vid. Lit. b.)



Tab. II.

Lineæ Comitum Polono Prufficorum
 vid. Lit. d)




Tab. III.

Linea Dammtschensis
 vid. Lit. d)



Tab. IV.

Lineæ Lampersdorffensis
 vid. Lit. d)




Tabulam hanc Genealogicam Specialissimam Illustrium Linearum, Nostitz Jatzkoviorem et Nostitz Bzkoviorem in Pruffia Polonica, nec non Linearum Drzewiecki ex Domo Driebitz in Polonia maiori, ex domo recentiori Schoenbrun, Stirpis Ullersdorff, cum originalibus Documentis et Auctoribus in arce Ullersdorff corroborati communis Archivi Gentilitii consentire, ego Auctor testor subscriptione mea, apposito Sigillo meo gentilitio. Signatum in Arce Ullersdorff die 10 Februarii 1760.



Christianus Ludovicus de Griesheim
 Seren. Princ. Goth. Inpr. Prætoræ Capitaneus, Aulæ et Consistorii Consiliarius.

LIBRARY
UNIVERSITY OF DRESDEN

No. 1	Title	Author	Date
No. 2	Title	Author	Date
No. 3	Title	Author	Date
No. 4	Title	Author	Date
No. 5	Title	Author	Date
No. 6	Title	Author	Date
No. 7	Title	Author	Date
No. 8	Title	Author	Date
No. 9	Title	Author	Date
No. 10	Title	Author	Date
No. 11	Title	Author	Date
No. 12	Title	Author	Date
No. 13	Title	Author	Date
No. 14	Title	Author	Date
No. 15	Title	Author	Date



N: 2.

HEINTZIVS.

Secundus ^{Leo. 1452} Friderici filius, in documentis actorum Ducis Johannis I. Lignicensis, ~~invenitur~~, & Trachenbergii fuit possessor. Vid. Synap. pag. 74.

N: 3.

CASPARUS.

Tertius Friderici filius Possessor Ziebendorffii, Auctor huius lineae recensetur in Tab: III. pact: gentilitii.

N: 4.

SIGISMUNDVS.

Istius filius Anno 1469 Matthiae Corvini, Hungariae Regis, nobilis Aulicus Anno 1474. Ipsi Præfectus militaris, ac in oppugnanda urbe Wratislavia bene de Rege meritus fuit. Vir erat roboris eximii. In arce urbis Budae aliquando cum Rege foveam leonum adiit, illo tempore, quo is, cui cura leonum erat commissa, victum porrigebat. Nostitz a Rege interrogatus, an carnem huic bestiae oblatam auferre aude-
ret? Statim, supervoluto sinistrum brachium vestimento, dextera manu gladium arripiens, leonem aggressus est. Leo, carnem relinquens, fugam dedit, Nostitz autem, communi omnium admiratione, hanc carnem, leoni ereptam, prout tropæum, Regi attulit. Paulo post hoc Regis attentatum in sinistram partem accepit, & officium suum resignavit. Post hæc honores a Cæsarea Maiestate Friderico III. sibi oblatos, ratione belli, inter Eum & Regem Matthiam, conflati, recusavit. Idem fecit, quum Casimirus Poloniae Rex eum vocaret. Rege Matthia autem Anno 1490. mortuo, Regi Poloniae ad servitia præstanda se dicavit. vid. Synap. p. 74.

N. 5.

SIGISMUNDVS.

Filius Sigismundi sub n. 4. iam memorati vid: Tab: 3. pact: gentil: n: 29. Quoad Chronologiam, a veri simili non dissentit, hunc fuisse eundem, de quo Lucae Chron: p. 1678 mentionem facit, & illum, officio Præfecti Camerae, apud Philippum II. Hispaniae Regem, olim functum, pellionem quendam, cui nomen Mauriti Eislerei, indicasse, qui, magna cum ostentatione, Madriti Anno 1586. Silesiae Ducem se esse dixit, quem defraudatorem postea birreto ex rubro holoserico, pellibus subductis facto, nec non brevi pallio rubro, pellibus prætexto, ornatum, palo affixerunt, ibique igne fumigatum combufferunt. Sigismundus duos reliquit filios, Sigismundam n: 6. & Carolam n: 9.

H2

SIGL-

N: 6.

SIGISMUNDUS.

Natu major filius Sigismundi iam memorati erat Possessor in Lahsen, Sara, Peterwitz & Protzenhayn, nominatus in documentis simultaneousae investiturae, de Anno 1658. Unus tantum filius Otto Sigismundus illi fuit.

N: 7.

OTTO SIGISMUNDUS.

Unicus filius Sigismundi nunc dicti, liber Baro, acquisivit in Lusatia Superiori Holtzkirchium Anno 17¹² mortuus est, & unicum reliquit filium Carolum Gottlieb. 28-Jan.

N: 8.

CAROLUS GOTTLIEB.

Filius antecedentis Ottonis Sigismundi, hæres in Holtzkirch, Lusatiae Superioris, item in Lahsen, Peterwitz, Sara, Pleškowitz, Johnsdorf & Zobelwitz in Silesia, fuit præfectus Camerae in aula Electorali Saxoniae, vendidit Holtzkirchium Anno 1730. vid: Vol: XII. fol. 92. & sine prole mascula ex vivis decessit vid: Vol: XXXII. fol: 90.

N: 9.

CAROLUS.

Secundus filius Sigismundi de Kleinkotzen, sub n: 5. memorati, item heredes non reliquit. vid: Synap.

N: 10.

OTTO.

Quartus Friderici filius vid: lit: b. Invenitur in litteris Ducis Lignicensis Joannis de Anno 1452. propagavit hanc lineam, diem obiit 1498. vid: Synap. p. 85. & duos reliquit filios, Casparum, & Otronem. Conradus, patruus eius, cessit Casparo partem bonorum, vitam finiit Anno 1538. Zedlitzii sepultus, & Synapius, loco citato, demonstrat illius progeniem, quam autem silentio prætereo.

N: 11.

OTTO.

Secundus Ottonis filius, hæreditarius in Zedlitz, & Lampersdorff, unde coniectura consequi licet, hoc hæredium a familia de Lampersdorff, iam

33
iam ante aliquod temporis spatium, familiae de Zedlitz fuisse venditum. Uxorem suam Evam liberam Dominam de Kittliz, ex familia Mattvitziorum, per Ducem Georgium II. Briegensem, die 13. Sept. 1574. haeredem Zedlitzii instituit, diem obiit supremum die 10. Decembr. d. a. & tres reliquit filios, Casparum, Fridericum, & Leonhardtum, vid. Synap. p. 86;

N. 12.

CASPARUS.

Filius antecedentis vixit an. 1592. sed, sine liberis, mortuus est, vid. Synap.

N. 13.

FRIDERICVS.

Secundus Ottonis filius n. II. memorati, natus 1562. Haereditarius in Lampersdorf, die 21. Augusti 1616. mortuus est. vid. Synap. l. c.

N. 14.

LEONHARDT.

Tertius Ottonis filius an: 1567. natus. Possessor in Zedlitz die 18. Novbr. 1614. moriens, duos reliquit filios, Ottonem Conradum, & Leonhardtum. Secundus an: 1612. natus; Zedlitzium accepit. Praeterea nihil notatu dignum de illo invenimus.

N. 15.

OTTO CONRAD.

Filius praecedentis an. 1605. die 25. Ianuarii natus, Possessor in Lesevitz fuit. vid. Synap. l. c.

N. 16.

GEORGE OTTO.

Filius nunc dicti recensetur in Documentis simultaneae Investiturae, de an. 1659. tres reliquit filios: Ottonem, Rudolphum, Georgium Ottonem, & Casparum Ottonem, tres etiam filias, de quibus in Vol. Hist. X. fol. 523. Archivi Genealogici Nostitiorum mentio fit.

N. 17.

OTTO RUDOLPH.

Primus praecedentis filius an. 1688. natus, in Academia Ienensi, per tres annos, studiis incubuit, in Academia autem Witembergensi an. 1710. diem obiit. vid. peroratio ad tumulum in memoriam illius habita & conscripta in Vol. Hist. 10: c. 1.

i

Ad N. 18.

N. 18.

GEORGE OTTO.

Secundus Georgii Ottonis filius n. 16. memorati, officio locum tenentis an. 1710. apud Exercitum foederatum functus, vid. c. l. Possessor in Zedlitz & Rendigen fuit. Duos reliquit filios, Ottonem Gvilielmum, & Georgium Ottonem.

N. 19.

OTTO GVILHELMUS.

Senior praecedentis filius, an: 1719. mortuus est. vid. Hermannii Heraldica Sacra.

N. 20.

GEORGE OTTO.

Junior Georgii Ottonis n. 18. descripti, filius. Not: In certamine, prope Francofurtum ad Viadrum, Officialis quidam Borussiae, & in actione prope Misenam an. 1760. Imperialis quidam Officialis uterque de Nostitz ex familia Zedlitzia, vitam perdidit. Posterior Catholica Sacra secutus, post mortem Caroli Gottlieb in Holtzkirch vid. n. 8. partem beneficii feudalis acceperat. Vid. Vol: XXXII. An autem hi duo de Nostitz filii Georgii Ottonis fuerint, fufius comperire cupimus.

N. 21.

CASPAR OTTO.

Tertius Georgii Ottonis, vid. n. 16. filius fuit, an: 1710. Halae Saxonum studiis incubuit, vid. Vol. Hist. 10. fol. 525. possessor in Lampersdorf fuit, cum agnatis ex Lusatia Superiori, delegatus, quippe Patruelium Silesiacorum, commercium literarum habuit, & an. 1734. filium procreavit, cuius proles adhuc floret, vid. Vol. IV. lit. A.

N. 22.

HANNES.

Quintus filius Friderici sub lit. b. noti, Possessor in Rietschütz & Hertzogs Waldau, imo & auctor huius familiae fuit. Feudum in Hertzogswalda a Duce Ioanne Saganensi an. 1463. die Sabbati post Festum Michaelis accepit, vid. Synap. p. 78. Ducis Henrici X. Glogaviensis tutor institutus, Consiliarius & amicus intimus fuit. Dispositio huius Ducis, in favorem uxoris suae Barbarae, Filiae Alberti Achillis, Electoris Brandenburgici, notatu digna est, cuius ope illa haereditatem Ducatus Crosnensis consecuta est, post ipsius mortem autem an. 1510. Ducatus Crosnensis ad Electoratum Brandenburgicum pervenit. vid. Hübneri Genealogica

nealogica T. 177. Hans de Nostitz an. 1491. Capitaneatum Circuli Swibufensis obtinuit, quo munere per quatuordecim annos functus, itemque unus ex Delegatis Nobilium Circuli Swibufensis fuit, qui an. 1510. cum ordine equestri Principatus Glogaviensis, ad conservanda Iura & Privilegia Nobilium, foedus inierunt. Vid. Luc. Chronic. p. 1054. 1601. & 1603. Tres illi filii superstites fuerunt, Stanislaus, Georgius, & Abrahamus.

Nr. 23.

STANISLAUS.

Senior præcedentis filius an: 1506. acquisivit Nittritzium an. 1511. hypothecarius possessor Hertzogswaldæ & Sprottæ fuit. Ante annum 1526. mortuus est, duos filios, Ioannem, & Stanislaum, relinquens.

N. 24.

JOANNES.

Natu major Stanislai filius an. 1506. natus, Doctor Iuris fuit, Possessor simul partis Hertzogswaldæ & 1557. defunctus vid. Syn. c. 1.

N. 25.

STANISLAUS.

Secundus Stanislai sub n. 23. memorati filius fuit, item possessor partis Hertzogswaldæ an. 1557. diem obiit supremum. Vid: Syn. c. 1.

N. 26.

GEORGIUS

Secundus Ioannis sub n. 22. dicti filius fuit, hypothecarius etiam & Capitaneus Terrestris Sprottaviæ circa 1510. & 1513 in gravissimis negotiis Principatus Glogaviensis delegatus erat, vid. Luc. Chron. p. 1826. multumque apud Vladislaum, Bohemiæ & Hungariæ Regem, sicuti etiam apud filium Ludovicum Successorem, in officio intimi Consilarii bellici, Vicariique Provinciæ, valuit gratia. Prælium, adverso Marte, cum Turcis, apud Mohaz commissum, dissuasit, et ut funus Regium ex limosa proluvie salvaret, vitæ periculum adiit. Regina vidua, ad remunerandam integritatem fidei præstitæ, Ipsi pulchrum prædium in finibus Hungariæ circa annum 1526. dono dedit, in cuius possessione hæredes istius adhuc circa 1672. fuerunt, vid. Coleri Panegyri. Nostitzianum et Synsp. p 73. Forfan familiæ Comitum de Nostitz in comitatu Regni Hungariæ Tarocensi sunt hæredes illius. vid. Vol. XXXII. qui tali modo etiam originem ex familia Zedlitziana Schoenbrunnensi trahunt. Georgius tres reliquit filios, Sebastianum, Antonium, et Wolffgangum.

N. 27.

SEBASTIANUS.

Primus Georgii n. 26. memorati filius, simul cum fratribus, hæres in Hertzogswalda institutus, & an: 1557. feudum solemniter accepit. vid. Synap. p. 79.

N. 28.

ANTONIUS.

Secundus Georgii n. 26. citati filius, simul cum fratribus, hæres in Hertzogswalda, an. 1557. Feudum accepit. vid. Synap. p. 79.

N. 29.

WOLFGANG.

Tertius Georgii (vid. n. 26.) filius simul cum fratribus hæres in Hertzogswalda an: 1557. feudum accepit.

Ad N. 30.

ABRAHAM.

Tertius Johannis, n. 22. commemorati, filius an: 1535: vivus & possessor Sprotzendorffii & Eulavii fuit, duosque habuit filios Asmum, & Abrahamum. vid. Synap. l. c.

N. 31

ASMUS.

Natu maior filius an. 1557. Capitaneus terrestris Principatus Glogaviensis, imperante Ferdinando I. an. 1565. diem obiit. vid. Synap. c. 1.

N. 32.

ABRAHAM.

Secundus Abrahami sub n. 30. filius, v. Synapium.

N. 33.

ABRAHAM.

Filius antecedentis, an. 1600. vixit, vid. Synapium.

C.

CASPAR.

Ex Familia Dammitschia, secundus Nicolai filius vid. lit. a) Exercitui Ducis Pomeraniæ præfuit, probante delineatione Genealogica, a Principe Palatino Jablonovio, communicata, die 24. Octobr. 1766. in Arce,
27 Julii Lacho-

Lachowitz data, vid: additam. Lit: F. Carpzovius ex Molleri Comitiorum Theatri tertia præsentatione C. VI. p. 587. enarrat, Illum Zedlitzii, in Silesia siti, possessorem fuisse, & simul cum Casparo de Nostitz in Tschochau, sub n: 13. lit. A. commemorato, ac pluribus aliis Equitibus, ab ordine equestri Teutonico, ob salarium nondum solutum, obligationem hypothecariam accepisse, Anno 1460. officio Præfecti militaris Ordinis Teutonici functum, Arcem Valcz invasisse ac occupasse, annoque 1462. cum Friderico Rawneke, in proelio acerrimo, foedus inisse, vi cuius uterque vitam perdere, quam cedere, mallet, Vid: Duglossi Hist. Pol: T. II. L. XIII. p. 256, & 299. inde sequitur, distinguendam omnino esse inter Illum, & Casparum Tschochaviensem in additam. lit. A. & B. n: 13. commemoratum:

(d)
JOANNES COMES.

Filius antecedentis Caspari. Est Auctor familiarum

A. Primariæ Comitum in Prussia Polonica,

B. Primariæ Dammitzschensis in Silesia, &

C. Primariæ Lampersdorffensis in Silesia, vid ad T: II. III. & IV. h. 1.

In Tab: III. pact: gentil: de Lampersdorf, invenitur, sub titulo Auctoris lineæ Primariæ in Dammitsch, & Lampersdorf, ac cum filiis Friderici Zedlitziensis Anno 1469. die Dominica post festum Margarethæ pacta de Zedlitzio superiori inivit. vid: Tab: I. n: 1. 2. 3. 10. & 22. Index Genealogicus Serenissimi Principis Palatini Jablonovii commemorat Lit: F. Illum Anno 1473. Consiliarium intimum Ottonis III. Ducis Pomerano-Stetiniensis fuisse, atque monasterium Cisterciensium, haud procul a Gedano situm, fundasse. Quinque numeravit filios, Laurentium vid: ad Tab: II. n. 1. Friedericum vid: ad Tab: III. n: 1. Casparum vid: ad Tab: IV. n: 1. Joannem vid: c. 1. n. 24. Bernardum vid: c. 1. n. 25. circa 1487. mortuus est, prout c. 1. demonstro. In Tab: II. prolis ipsius mentionem facio.

Ad Tabulam II.

N: 1.

LAURENTIUS.

Primus sub Lit: d. dicti Joannis filius, Familiam Comitum, in Prussia Polonica, propagavit. vid: ind: Gen: c. 1.

N: 2.

ALBRECHT.

Antecedentis filius probabiliter dominium Iatzkoviense in Pomerelia

K

relia

relia filium, dotis loco, nuptiis cum Nostitiana virgine hærede, ab Albrechto de Nostitz-Iatzkowski prognata, contractis, accepit, qui circa 1290. vixit: vid. Historia a me, de linea Nostitz-Iatzkoviensi scripta, cum Annotationibus. Familiæ suæ nomen Iatzkowski addidit, itemque villam Bąkow acquisivit. Filios Nicolaum & Ioannem reliquit. vid: Brantneri Manusc. familiarum Borussiae, cuius Originale in bibliotheca Illustris familiæ Zaluskienfis invenitur. Item ind: Geneal: c. 1.

N. 3.

NICOLAUS.

Senior præcedentis filius, dominium Iatzkow possedit, & lineam Iatzkoviam propagavit, vid: Ind: Genealog: c. 1.

N: 4.

JOANNES.

Secundus Albrechti n: 2. memorati filius, in fraterna repartitione, Bąkoviam accepit, Auctor lineæ Comitum Nostitz-Bąkoviorum fuit, & in insignibus suis capiti Pantheræ cornutæ, cor supposuit. vid. Lat: Ind: Histor: Lineæ Comitum Iatzkoviorum, & Bąkoviorum. Palatinus Pomereliæ fuit, & cum Constantina, Comitessa de Daenhoff, Wladislai, Comitis de Daenhoff, Pomereliæ Palatini filia, nuptias contraxit; Avus autem illius, a patre, Gerhardus Comes de Daenhoff, Pomereliæ Palatinus, & avia Sybilla Margaretha, fuerunt, quæ Anno 1620. nata, 1657. mortua, soror Christiani ultimi Ducis Briegensis fuit. vid. Ind. Geneal: c. 1. Ioannes itaque, sub initium huius seculi circiter vixit. Proles istius officio Palatini Pomereliæ, & Mariæburgi sancta est, & monumenta huius familiæ sub titulo: Comitum Nostitzio Bąkoviensium in Abbatia Carthesiana Peplinensi, item Marienburgi, Crispurgi, & Calmizæ inveniuntur.

Ad Tabulam III.

Linea Primaria Dammitschia in Silesia.

N: 1.

FRIDERICUS.

Secundus Ioannis Comitis filius. vid: Lit: d. in Tab: III. pag: gentil. in Dammitsch & Ramsau invenitur, natus 1469. vid. Synap: p. 83. duos reliquit filios, Asmum & Georgium.

N: 2.

N: 2.

A S M U S.

Natu major filius Anno 1547. natus in Tab: III. pact: Gentil. in Damitschio, & in Iudiciis castrensisbus Wschovensibus Poloniæ majoris commemoratur. Sex numeravit filios Fridericum, Opitzium, Asmannum, Hartwigium, Casparum, & Adamum. Trium priorum in sequentibus numeris mentio fit. Hartwigius Steinaviæ interfectus, Casparus, sine prole, & Adamus, in tenera iam juventute, decessit. Syn. c. l.

N: 3.

FRIDERICUS.

Supradicti Asmi prior filius in Tab: III. p. g. lit: C. n: 16. recensetur. Anno 1570. Schoenbrunnem emit, in Lusatia Superiori situm, fratribus Opitzio & Asmanno, Patruelibus de Ramsen, Lampersdorf & Zedlitz in Silesia, & post eorum extirpationem, Patruelibus Lusatiae Superioris, ex seniore familia Ullersdorffica prognatis, item, quando ipsorum nemo extiterit, Agnatis ex stirpibus Rothenburg, & Unwürda, beneficium feudi concessit. Eo ipso actu Patruales ex seniore stirpe Ullersdorff, illis ex stirpibus Rothenburg & Unwürda propinquiores esse agnatos, demonstravit. vid: Docum. feudi Originale Archivi Ullersdorffici. Ipse una cum fratribus suis, & Patruelibus Silesiacis, invenitur in Documentis investituræ Simultaneæ ab Imperatore Rudolpho II. acceptis vid: Orig: n: 5. Hi patruales Silesiaci cum Lusatiae superioris Agnatis, Goerlitzii die 10. Decembr: 1577. Pactum gentilitium vid: Vol: I. inierunt, & ex bonis Schoenbrunn in Lusatia superioris sitis, distinctum nomen Familiae Schoenbrunn acceperunt. Anno 1587. etiam, auxiliantibus fratribus, & patruelibus Silesiacis, Schœpsæ in Lusatia superioris, conventum gentilitium constituit, ubi omnes agnati venditionem bonorum Gros-Schoenau, ab Hartwigio de Nostitz, ex gente Unwürda, in Præjudicium Patruelium, cum urbe Zittavia, contractam impedire studuerunt, eamque ob causam Joannem de Nostitz, ex seniore gente Ullersdorf natum, ad aulam Imperialem Viennam delegaverunt. Anno 1595. Schoenbrunnæ, sine heredibus, diem obiit, ibique in stanneo loculo sepultus iacet vid: Vol: Hist: 7. f. 112.

N: 4.

O P I T Z:

Possessor Lesevitzii. Tab: III. Pact: Gentil: mentionem ejus facit. Anno 1582. sine prole mortuus est.

N: 5.

A S M U S.

Tertius Asmi N: 2. dicti filius in Damitsch, invenitur in Tab: III. K₂ pact:

X 40 X

paet: Gentil: A fratre Friderico hæres bonorum Schoenbrunn in Lusatia Superiori sitorum institutus Anno 1596. Ioanni de Warnsdorf illa vendit: vid. Instrum. Empt. Vol: XXXII. fol: 19. nulli hæredes ipsi superstites vid: Synap: pag: 83.

N: 6.

GEORGIUS.

De Ramsau, secundus Friderici filius vid: n. 1. in Tab. III. paet: gentil: & in Iudiciis castrensisbus Wschovensibus commemoratur. Ducis Georgii II. Capitaneus Wohlaviensis fuit, diem obiit Anno 1586. vid. Synap: c. 1. Filios reliquit Fridericum & Christophorum.

N: 7.

FRIDERICUS.

In Wandrisch, natu major antecedentis filius in Tab: III. paet: gentil: invenitur, poeta fuit celeberrimus, Auctore Synapio, p. 75. Ex secundis nuptiis unicum filium Fridericum habuit, qui die 11. Januarii 1597. infans defunctus, & quem pater Anno 1601. nullo relicto hærede matulo secutus est.

N: 8.

CHRISTOPHORUS.

Natu minor Georgii vid: n: 6. filius in Ramsen, Kuntzenau, Dammitzch, & Lesevitz Possessor; ex primo connubio quatuor filios: Georgium, Fridericum, Christophorum & Asmum accepit, die 20. Maji 1598. mortuus, & Ramfaviæ sepultus est. vid. Synap: c. 1.

N: 9.

GEORGIUS.


Prior antecedentis Christophori filius, Possessor Dammitschii, item in Tauer & Nieder dammer, in Tab: III. paet: gent: mentio illius fit, ut & in Documentis Simultaneæ investituræ Imperat: Mathiæ. Anno 1612. sine hærede decessit.

N: 10.

FRIDERICUS.

Secundus Christophori n: 8. filius, acquisivit fratris Georgii bona, officio Capitanei Provincialis Wolaviæ functus, sub Duce Ioanne Christiano, invenitur in Document. sim. Invest. 1612. & 1623. defunctus Anno 1641. tres reliquit filios: Asmum, Sigismundum & Georgium.

N: 11.



N: 11.

ASMUS.

Primus præcedentis Friderici in Daschvitz filius, de quo in documentis simultaneæ investituræ de anno 1658. & 1659. mentio fit, sine hæredibus mortuus est.

N: 12.

SIGISMUNDUS.

Secundus Friderici sub n: 10. citati filius, Auctor lineæ Junioris in Ramsawo, erat natus 1607. Goerlitzii Anno 1657. & 1660. conventus Gentilitios frequentavit, Possessor in Ramsaw, Nieder-Hertzogswaldau, Ober-Lampersdorff, & Gros-Pankern, nec non Præfectus terrestris & Consiliarius Ducis Christiani, Wohlaviensis, fuit. Anno 1661. in comitiis Wohlaviensibus, elegantissima oratione officium resignavit, & munere Capitanei Provincialis Actualis Anno 1672. functus est, item postea Consiliarius Tutelaris Principis Georgii Wilhelmi. diem obiit Anno 1678. vid: Synap. pag: 77.

N: 13.

ADAMUS.

Antecedentis filius Anno 1642. natus, Senior Provinciæ Wohlaviensis Anno 1675. creatus, & Anno 1695. mortuus est.

N: 14.

SIGISMUNDVS BALTHASAR.

Præcedentis filius, Conventui Gentilitio Buntzlaviensi Anno 1695. simul ad fuit.

N: 15.

GEORGIUS.

Tertius Friderici n: 10. notati filius in Polgsen, Dammitzsch, Dammer, Tauer, & Ramsaw Possessor, Senior Ducatus Wohlaviensis creatus Anno 1653. & Judex Aulicus Steinaviensis Dioeceseos, quatuor reliquit filios: Georgium, Adamum Fridericum, Balthasarum Georgium, & Asmum Sigismundum. die 27. Octob. 1663. diem obiit.

L

N: 16.

Nr 16.

GEORGIUS.

Primus antecedentis Georgii filius in Niecra, Arnsdorf, Dammer, & Crantz, in Silesia sitorum, Possessor, Falsarium Christianum Starke indicavit, qui, sub nomine subdole assumpto Nossitz, multa scelera commisit, cui tota familia dicam inquisitionis, multis cum sumptibus, formavit, vid. Priv. Act. Vol. V. Duos habuit filios Georgium Fridericum & Anonimum.

Nr. 17.

GEORGIUS FRIDERICUS.

Nunc dicti filius an: 1721. cum Patruelibus gentis, in Lusatia Superiori, possessionatis, qua Delegatus Silesiacus literarum commercium habuit. Deputatus Provincialis Circuli Hernstadiensis fuit & liber Baro nominatus, vid. Stemma gentile Archivi Genealogici. A Defuncto Borussiae Rege beneficio ordinis *de la genorosité* distinctus fuit. Quatuor reliquit filios 1) Georgium, 2) Georgium Fridericum. 3) Fridericum Wilhelmum 4) Sigismundum Henricum Ottonem, vid. Vol. XXXII.

N. 18.

GEORGIUS.

Primus iam commemorati Georgii Friderici filius, Possessor bonorum Zeschowitz & Thielaw. vid. Vol. XXXII.

N. 19.

GEORGIUS FRIDERICUS.

Secundus, Georgii Friderici n. 17. citati, filius, in exercitu Belgico, parti militum praest. vid. Vol. XXXII.

N. 20.

FRIDERICUS WILHELMUS.

Tertius Georgii Friderici n. 17. commemorati, filius, item militis nomen dedit apud Belgas. vid. V. XXXII.

N. 21.

SIGISMUNDUS HENRICUS OTTO.

Quartus Georgii Friderici n. 17. dicti, filius, Possessor in Herzogswalde; Mittel Dammer, & Taur, cum Dominis Senisribus gentis in Lusatia Superiori, literarum commercium habet, unicum inde ab anno 1764. genuit filium vid. c. 1.

N: 22.

N. 22.

ANONYMUS FILIUS.

Supradicti Sigismundi Henrici Ottonis, vid. c. 1.

N. 23.

ANONYMUS.

Secundus Georgii, n. 16. memorati, filius, Auctor familiae Jatzkow in Pomerania adhuc florentis. Auctore enim Vol. XXXII. ante 60. circiter annos, liber aliquis Baro de Nostitz, ex Linea Polgsen, in Pomeraniam se recepit, per adoptionem, bona Jatzkow acquisivit, & adhuc duos filios superstites habet in Exercitu Borussico Nostitz & Jatzkow, nominatos. Hæc itaque Linea Nostitz Jatzkow sese ipsam distinguit ab illa in Tab. II. descripta.

N. 24.

ADAMUS FRIDERICUS BARO.

Secundus Georgii n. 15. dicti filius, Auctor familiae Comitum Imperii iam existentium de Damnitzsch, in Polonia natus, vid. filii liter. in Vol. XXXII. Possessor erat bonorum Damnitzsch & Nieder-Dammer, nec non senior Provincialis Ducatus Wohlaviensis, immo anno 1690. Senior Familiarum Gentis in Subsellis Silesiaci ordinis creatus, arcam communem Gentis, eiusque Documenta revidit, illamque arcam, per aliquod tempus, an. 1695. in bona sua Dammizschia transferre curavit, vid. Vol. IV. A. *Filii huius sunt: Georgius Sigismundus, & Georgius Fridericus.*

N: 25.

GEORGIUS SIGISMUNDUS.

Natu maior præcedentis filius, munere Præfecti Camerae Regis Poloniae & Electoris Saxoniae functus Anno 1711. tempore Vicariatus Saxonico-Electoralis ad dignitatem Comitis Imperii elatus. Anno 1717. ad Britanniae Regem, Hanoveræ tunc commorantem, delegatus fuit, ubi, cum patruelibus Gentis in Lusatia Superiori, familiarissime, per literas colloquens, in eo multam collocavit operam, ut agnationem cum familia Polonica Nostitz-Drzewiecki investigaret. vid. Vol: XXXII. Tres reliquit filios, Fridericum Sigismundum, Fridericum Augustum Constantinum, & Georgium Ludovicum.

N: 26.

FRIDERICUS SIGISMUNDUS.

Primus præcedentis filius, absque prole, diem obiit vid. Vol: XXXII.

L2

N: 27.

N: 27.

FRIDERICUS AUGUSTUS CONSTANTINUS.

Secundus n: 25. memorati filius munere Generalis vigiliarum Præfeti in Saxonia Electorali fungitur, & coelebs vitam Dammitzschii agit.

N: 28.

GEORGIUS LUDOVICUS COMES.

Tertius Georgii Sigismundi, n: 25. dicti, filius, apud Electorem Saxoniae Generalis locum tenens, per multos annos in Polonia commoratus, salinas Regias ibi conduxit, in subscriptionibus nomine Drzewiecki usus est. Possessor Dammitzschii & Gläferndorffii fuit, in proelio apud Leuthen 1759. bene meritus, vitam paulo post ibi perdidit, relictis duobus filiis, Carolo Friderico Ludovico, & Georgio Augusto Ludovico.

N: 29.

CAROLUS FRIDERICUS LUDOVICUS, COMES.

Natu maior Supradicti Georgii Ludovici filius Anno 1752. in Polonia natus, nunc in Saxonia Signifer Equitum vid. Vol: Hist: 7. f. 284.

N: 30.

GEORGIUS AUGUSTVS LUDOVICVS COMES.

Natu minor Georgii Ludovici n: 28. dicti filius Anno 1753. in Polonia natus, iam Signifer equitum in exercitu Saxonum.

N: 31.

GEORGIUS FRIDERICVS BARO.

Secundus n: 24. citati Adami Friderici filius invenitur, in Documentis simultaneae investiturae 1695. vid. Orig: n: 13. nullos reliquit liberos.

N: 32.

BALTASAR GEORGIUS.

Tertius Georgii n: 15. memorati filius in Vol. Docum: simult. investit: 1658. v. n: 9. absque liberis defunctus est.

N: 33.

ASMUS SIGISMUNDUS.

Quartus Georgii n: 15. notati filius, in eodem Vol: Docum: simult. investit: invenitur, sed vitam finivit prolem haud relinquens.

N: 34.

N: 34.

CHRISTOPHORUS.

Tertius Christophori n: 8. citati filius Sacra Romano-Catholica secutus fuit, & in documentis simultaneae Investiturae 1612. & 1623. invenitur, sub titulo: Equitis St: Ioannis Hierosolymitani, Commendatoris Gröbnicensis, Ducatus Troppaviensis, & Receptoris Prioratus Storckenaviensis prope Pragam in Bohemia siti. Huncce Prioratum Fridericus Bohemiae Rex Anno 1621. secularizare voluit, Christophorus autem protestando contradixit. Nunc dictus titulus, illum Equitem fuisse Melitensem, probat, de quo Lucas in Chronica p. 1710. seqq: multa tradidit. Anno 1625. mortuus est.

N: 35.

ASMUS.

Quartus Christophori n: 8. citati filius, Possessor in Lesewitz, auctor familiae Lesevitzensis.

N. 36.

OTTO CONRADUS.

Filius Asmi antecedentis in Documentis simultaneae Investiturae invenitur 1659.

N. 37.

LEONHARDUS.

Filius nunc dicti Ottonis Conradi invenitur in Documentis Simult. Investit. 1659.

N. 38.

GEORGIUS FRIDERICVS.

Filius modo commemorati Leonhardi in Docum: simult. Investit. 1695. locum habens. Ex hac linea forsitan nulla proles superstes.

Ad Tabulam IV.

Linea Primaria Lampersdorf.

N: 1.

CASPARUS.

Tertius Comitis Ioannis vid. Lit: C. Filius, Auctor familiae Primariae Lampersdorffensis in Tab: III. pact: Gentil: invenitur. Schickfus in Chronica Silesiaca lib: I. p. 147. & lib: IV. p. 187. narrat; Quum
M urbs

urbis Wratislavia Hungariae Regi Mathiae Corvino se tradiderit, & post
 ea Anno 1474. a Poloniae Rege Casimiro, Ejusque filio natu majori
 Wladislao Bohemiae Rege obsidione cineta fuerit, Casparum, cum ordi-
 ne Equestri Silesiaco impetum in Poloniam fecisse, talique modo urbem
 obsidione liberasse. Porro Anno 1484. iussu Regis Matthiae Balthasaro
 Duci Saganensi cum trecentis equitibus contra ipsius fratrem Hanns di-
 ctum auxilia praestitit, illumque, ut pacem iniret, coegit. Septem re-
 liquit filios: Ernestum, Casparum, Michaellem, Hartwigium, Frideri-
 cum, Ioannem & Christophorum, ex quibus trium priorum solum mo-
 do mentio a me fit, quia posteriores quatuor infantes decesserunt. Vid:
 Synap. p. 82.

N: 2.

ERNESTUS.

Primus praecedentis filius, cuius nomen in Iudiciis castrensis
 Wischovensibus recensetur.

N: 3.

CASPARUS.

Secundus n: 1. citati Caspari filius, familiam Lampersdorffensem
 propagavit, vid: Tab: III. Paet: Gentil. Iunior erat fratrum, & 1577.
 adhuc inter vivos vid. c. 1. Nomen istius etiam in Iudiciis castrensis
 Wischovensibus invenitur. Alberti, primi Borussiae Ducis, & Marchi-
 onis Brandenburgici fuit Consiliarius. vid. Hübneri Genealog: Tab: 180.
 Duo illi superstites filii, Fridericus & Christophorus.

N: 4.

FRIDERICUS,

Senior praecedentis Caspari filius, in Tab: III. Paet. Gentil. com-
 memoratur, in Borussia habitavit, & praeter duas filias, duos simul pro-
 genuit filios, Bernhardum & Christophorum, quorum autem in Archivo
 Genealogico Gentis Nostitiae nulla fit mentio, vid. Synap. p. 83.

N: 5.

CHRISTOPHORUS.

Secundus Caspari sub n: 3. memorati filius, Lampersdorffii ha-
 bitavit, nullis heredibus relictis, mortuus, & in Tab: III. Paet: Gentil.
 eius memoria retinetur. vid. Synap. c. 1.

N: 6.

MICHAEL.

Auctor lineae Nostitz - Drzewiecki, tertius Caspari vid. n: 1. filius,
 & Possessor in Schittel, Lanken, Bettisch, & Rzecin, emit Driebitzium

in Polonia maiori situm Anno 1517. Notarius fuit terrestris Wschoven-
sis, testabatur, 1541. & moriens reliquit duos filios Casparum & Fabia-
nam. vid: Tab: Geneal: Familiæ Nostitzæ Driebitzensis in Polonia,
ex Iudiciis Castrensibus Wschovensibus excerptam.

N: 7.

CASPARUS.

Senior præcedentis filius, duos genuit filios Christophorum &
Casparum vid. c. 1.

N: 8.

CHRISTOPHORUS.

Senior Antecedentis Caspari filius, cum fratre Casparo bona inter
se dispartivit. Duo Illi filii superstites fuerunt, Nicolaus, & Christo-
phorus vid: cit: 1.

N: 9.

NICOLAUS.

Senior antecedentis filius, tres genuit filios Ioannem Georgium,
Nicolaum & Sigismundum vid: c. 1.

N: 10.

JOANNES GEORGIUS.

Senior antecedentis filius emit a fratre Nicolao partem Driebitzii,
filius ipsi erat Ioannes Georgius vid: c. 1.

N. II.

JOANNES GEORGIUS.

Præcedentis filius, Samuel filius illi fuit. vid. cit: loc.

N. 12.

SAMUEL.

Tres habuit filios. 1.) Ioannem Carolum, 2.) Constantinum,
Hartwigium, 3.) Vincentem Florianum. vid. c. 1.

N. 13.

JOANNES CAROLUS.

Primus præcedentis filius, & Possessor Driebitzii vid. c. 1.

N. 14.

CONSTANTINUS HARTWIGIUS

Secundus Samuelis filius, officio Locum tenentis in Saxonico exerci-
tu fungitur.

M 2

N: 15.

N. 15.

VINCENS FLORIANUS.

Tertius Samuelis filius, item locum tenens apud Saxones, die 10. febr: a. c. in Conventu Gentilitio cum Plenipotencia comparuit.

N. 16.

NICOLAUS.

Secundus Nicolai n: 9. nominati filius, Driebitzii partem sibi contingentem Seniori fratri Ioanni Georgio, vid. n: 10. vendidit. Nihil præterea de illo est notum. vid. Tab: Geneal.

N. 17.

SIGISMUNDUS

Tertius Nicolai n: 9. commemorati filius, vivus adhuc partem suam Driebitzii filiis cessit, Sigismundo, & Ernesto.

N: 18.

SIGISMUNDUS.

Senior præcedentis filius, Milastavam, in Polonia sitam, emit, & iterum vendidit, atque Latalice prope Gniesam acquisivit, vid. c. 1.

N. 19.

ADAMUS.

Antecedentis filius, & Possessor Latalice, vid: cit: loc.

N. 20.

ERNESTUS.

Secundus Sigismundi sub n: 17. memorati filius absque liberis defunctus. vid: cit: loc.

N. 21.

CHRISTOPHORVS.

Secundus Christophori, sub n: 8. dicti filius, de quo nihil amplius notum. vid. cit: loc.

N. 22.

CASPARUS.

Secundus Caspari n: 7. citati filius, nulla alia de eodem fit mentio.

N: 23.

Nr. 23.

FABIANVS.

Secundus Michaelis n: 6. commemorati filius, cuius quoque nulla fit mentio. vid: cit. loc.

N. 24.

JOANNES.

Quartus Joannis, vid. lit: d. filius, prolem non reliquit. vit. Synap.

N. 25.

BERNARDVS.

Quintus Joannis sub lit: d. citati filius Anno 1481. a Patre Zedlitium superius accepit, quod bipartitum Conradus Albus Oelsnæ & Wollaviae Dux confirmavit. vid. Synap. p. 82. Vir fuit fortissimus, & praesente Conrado nunc dicto, Oelsnæ & Glogaviae Duce, cum quodam de Busweg certamen habuit, vid. Luc. Chron: p. 2199.

Antecedentem explicationem Tabulae sub lit: D. per Documenta, & communis Archivi Gentilitii Auctores, confirmatam, indeque fideliter derivatam esse, Ego testor, Auctor huius, mea subscriptione, apposito Sigillo Gentilitio. Datum Ullersdorfii die 28. Martii 1767.

(L.S.)

*Christianus Ludovicus de Griesheim,
Seren. Duc. Sax. Goth: Supr. Praef. Cap.
item in Aula & Consistorio Consiliarius.*

N

LIT:

Lit: F.

*Deductiones, comprobantes, vetustissimam Familiam Comitum Nostyczorum
diu iam morari, & possessiones habuisse in Polonia.*

Notum inprimis est, auctore Sphenero, antiquissimam Familiam hanc Nostyczorum seu Nostwitzowiorum directe ex Angria, seu Vestphalia, translata fuisse in Bohemiam, inde vero in varias orbis terras traductam, nempe: in Prussiam Polonicam, Austriam & vicinam Saxoniam. Lineæ posteriorum collaterales mihi non satis notæ sunt, sed eorum Lineæ, qui se Poloniae accolæ fecere, meam excitarunt curiositatem. Memini, me legisse præclarissimum illud, & Senatui Bohemæ gratissimum Chronicon, cura & labore Bartholomæi a Glogol-Paprocki, Nobilis Poloni, editum, cuius hæc sunt: Comites Nostycz, in diversis Terris dispersos, aliquos, teste Auctore, insignibus, in Bohemia, officiis functos, reliquos, suadentibus & vocantibus Equitibus Livoniæ, immo & Ducibus Silesiæ, Pomeraniæque, munera publica suscepisse.

Caspar Comes Nostycz Exercitui præerat Ducis Pomeraniæ. Vetus illud manuscriptum, *Illustrem Familiam Konopacciorum* recensens affirmat, Joannem Comitem de Nostycz, filium prænominati Caspari primum Consiliarium fuisse Ducis Pomeraniæ Stetinensis An: 1473. Laurentio Comiti Nostycz filius fuit Adalbertus, de quo manuscriptum Brandneri, familias Prussicas enarrantis, plura edisserit.

Autographum originale est in Archivo Familiæ Illustris Zaluscia. Hic demum Adalbertus, Comes Nostycz, comparatis in Palatinatu Pomeraniæ Bonis lackow, primus nomen sortitus Nostycz, unde et Jatzkowski, statim colligere, fas est, familiam illam fuisse distinctam, quum Ioannes Comes Nostycz primus fundator celeberrimi illius Monasterii PP. Carthusianorum, prope Dantiscum, extiterit, quod monumentum meis oculis legi.

III

Illi ipsi Adalberto multi erant nati, ex quorum numero Nicolaus, Comes Nostycz Princeps fuit Familæ Iatzkowskianæ, & Ioannes frater ipsius, pro hæreditaria sua parte habens bona Bąkowiensia, fuit Caput Illustris Domus Comitum Nostytziorum Bąkowski, ex quibus Palatinos plures Pomeraniæ & Marienburgi habemus. In Abbatia Peplinensi P. P. Cisterciensium, item Culmæ, Marienburgi, Liczburgi, vidi & legi plura Epitaphia, in quibus titulus expressus Comitum Nostytz Bąkowski. Legamus præterea Gynæceum Czepkiæ, Autoris Silesiaci, in Genealogia sua Principum foeminarum Bregensium, seu de Brzeg, ubi mentionem facit Sybillæ cuiusdam, sororis Georgii, ultimi Principis de Brzeg, nuptæ cuidam Gerardo Comiti Dänhof, Palatino Pomeraniæ, ex qua procreatus Vladislaus, Comes Dänhof, item Palatinus Pomeraniæ, & procreata filia Constantia, nupta Joanni Comiti Nostytz -- Bąkowski, Palatino Marienburgensi.

Nunc necessarium censeo, lecturos illud benigne testimonium meum, animadversionis gratiosæ addere notam, quod adhuc veri Nostitii reperiantur in Polonia, a bonis possessionibusque suis hæreditariis, mutato nomine, siquidem primitiva, per sæcula, facile oblitterantur nomina. Sic Kriccios, quis sciet iam esse veros præclarosque Kietlicios, vel Niesiotoscios olim fuisse Zaydlicios; Kortzbochios, Stichtingios, Bukowskios, pluresque alias adducere possem Domus. Hæc vero omnia, seu Lætionum, seu Peregrinationum mearum fructus, uti omnino vera, ac Historiæ Familiarum consona, manu propria, munitoque sigillo meo, candido subscribo pectore. Dabantur in Arce mea Lechoduni die 27. Julii 1766. Anno.

(L.S.) J. A. de Ducibus Prussiæ Jabłonosc:
P. N. A. C. or: S. Stg: III. & Hnp:

(L.S.) Ad mandatum Celsissimi Principis, hoc novum,
ex Ejus musæo, seu Archivo, Testimonium sum
præstiturus.

LISTOWSKI. Secretarius ac Bibliothecarius.

Lit: G.

DEDUCTIO

*Lineæ Nostitz Iatzkoviæ in Prussia Polonica, cum
annotationibus, per numeros, distinctis.*

Archivum commune Nostitzium asservat Vol: XXXII. sub Titulo: Collectiones ad Lineas Nostitzias in Polonia spectantes, manuscriptum, cuius Auctor quidam ex generosa Nostitz Iatzkoviæ stirpe, & quidem ex domo Bebbkau, oriundus fuit, sub initio seculi XVII. historiam Lineæ suæ recensens. Contenta illius cum annotationibus communicabo sequentibus.

Circa Seculum XI. generosa quædam Gens Iatzkovia, ex Archiducatu Austriaco originem trahens, bona sibi in Pomerania & Prussia comparaverat. Scutum insignium Gentilitiorum ob oculos ponebat, in campo coeruleo, lyncem, celerrimo cursu, circumspicientem, in cuius capite corona aurea. Galea ornata erat stella aurea. Gens illa possessiones bonorum occupaverat sequentium: in circulo Lavenburg, bona Iatzkow vid: n. 1. Goetschau, vid: n: 2. Bebberau vid: n: 3. & Schwartau vid: n: 4. In circulo autem Gedanensi bona Bakow, vid: n. 5. Proles mascula plane nulla superstes fuit, in seculo XIII. & unica filia, ex asse hæres, Margaretha, iam memorata bona iure obtinuit hæreditario. Anonimus quidam de Nostitz. vid: n. 6. Exercitui Ducis Pomeraniæ Bogislat IV. vid: n: 7. præfectus, in matrimonium duxit istam filiam, accepitque nomen Nostitz Iatzkoviæ, quo & posterius usi sunt, & adhuc utuntur. Dux ille combinavit insignia Nostitzia & Iatzkovia, apponendo ex Insignibus Ducum Pomeraniæ, uti sequitur:

Scutum servabat campum suum caruleum. Lynx coronata, in sinistro pectore, cor accipiebat rubicundum, cum duobus cornibus, ad instar insignium Nostitziorum. Tectum galeæ, a parte dextera, flavidum erat, & coeruleum, a sinistra, rubicundum & album, galea duplex, ex parte quidem dextra, conspicua ambo Triumphalia Cornua Nostitzia, vid: n. 8. ex sinistra stella aurea, in tribus angulis tria lilia stabant Gallica, singulo scuti latere vir barbaricæ formæ fultus, sicut in insignibus Ducum Pomeraniæ, una manu scutum, altera clavam tenens.

Albertus de Nostitz Iatzkowski vid: n: 9. ab Imperatore Rudolpho. I. ordini Dominorum ceu Baronum adscriptus, hæc accepit insignia.

Scutum

Scutum in quinque campos divisum; In superiori ad dextram, in inferiori ad lævam, campo quidem coeruleo, Cornua erant Insignibus Nostitzianis peculiaria; Infra ad dextram, in campo flavido, tria lilia coerulea conspicua, ad sinistram, paullo insuper, stella aurea, in campo rubicundo. In quinto medio campo lynx illa erat, aurea corona, in capite, ornata, velocissimaque incitatione lata, circumspiciens, rubrum cor in pectore habens, ubi simul comparuerunt cornua Insignium Nostitziorum. Velamentum autem galeae, ipsa galea, scutumque tenentes, in eodem statu manebant, quem Bogislaus IV. Dux, Insignia Nostitzia & Iatzkovia combinans, ordinaverat.

Eo tempore, quo Pomerellia, ab Ordine Teutonico occupata, ab ipsis Equitibus, simul cum Prussia, clientelæ regni Polonici esset tradita, Linea Nostitz - Iatzkovia celeberrima fuit, in utraque Provincia possessionata, ad omnesque prærogativas Nobilitatis Polonicae, tam in Ecclesiasticis quam in Politicis Officiis, admissa. Unus ex hac Gente, Bogislaus Eques Ordinis erat, & inter Episcopos Borussiae, præsulesque, sic dictos Prælatos, multi nominantur Nostitz-Iatzkovii. Eadem Linea cum Celsissimis & Illustrissimis Poloniae Familiis proxima cognatione & affinitate coniuncta, e. g. cum Principibus Jablonoviis vid: n: II. item cum Principibus Radzivil, Sangurski, Sapieha, nec non cum Familiis Potocki, Szembek, Dzialinski, Zamoycki, Bielinski, Prebendowski.

Sensim sensimque his Lineis collateralibus variae arbitrariae, in insignibus, mutationes placuerunt: Loco trium Gallicorum coeruleorum liliorum, tria alba lilia, in forma crescente, introducta, apud mediam Lineam cornua Triumphalia insignium Nostitziorum omissa, & in vicem, loco Lyncis, Leopardus acceptus.

*Linea Primaria Iatzkovia tres formavit
Lineas collaterales.*

- A. Lineam Nostitz - Iatzkoviam plurimas suas possessiones in Districtu Lauenburgensi habentem, ex qua tres aliæ provenerunt:
- a) Familiæ diversæ, in Palatinatu Culmensi, item in Marienburgico, omnes Catholicis Sacris addictæ, agnatio tamen Genealogica cum cæteris Lineis ignota est. vid: n: 12.
 - b) Familia Gottschau. Ex illa Georgius Albrecht, primarius Lauenburgi & Büthavii Præfectus, simul sic apud nos dictus Podkormorszy Pomerelliae, Capitaneusque Tuchelensis fuit sub initium seculi XVI. vid: n: 13.
 - c) Familia Bebkau, ex qua Auctor deductionis Lineae Nostitz - Iatzkovie oriundus. Pater ejus Franciscus Henricus in seculo XVI. inter vivos, & centurio Electoris Brandenburgici, uxor autem
- O
Anna

- Anna Constantina erat Hoymia, ex Familia Ezerwenske. Senior patris frater Georgius Ernestus, vid. n. 14. S. R. M. Poloniæ Colonellus fuit. Rheinfeldii, prope Gedanum, in inferiori parte territorii, possessionem, & in matrimonium habuit Dorotheam Brebendowiam, cuius Pater Iudex Terrestris circuli Lavenburg & Buetow, frater autem Præfectus Thesauri Regni Poloniæ fuit. Supramemorati Francisci Henrici patruus junior, Joachim Reinhold, etiam fuit Colonellus in Exercitu S. R. M. coelebs in proelio cum Suecis apud oppidum Kalisch extinctus, vid. n. 15.
- B. Lineam Nostitz - Iatzkowski Bąkoviorem, quæ multos celeberrimos in Polonia produxit viros. In medio seculi XVI. ex hac Linea vivebat Ioannes, Palatinus Pomerelliae, & Præfectus ærarii Prussico-Polonici, qui magna Reipublicæ præstitit Officia, & etiam apud extraneos, in eorumque aulis, multum gratia & dignitate valuit. Filius eius natu maior, Podkomorszy Culmensis, in matrimonium duxerat Comitessam aliquam gentis Schafgotschiæ. Ex illa Linea sub initium seculi XVII. parvus numerus posteritatis masculinæ superstes erat. vid. n. 16.
- C. Nostitz - Iatzkow de Schwarthoff ex Familia Schartau. Petrus, patruusque Martinus, alienaverunt Bona Schartau, unde antiquitus originem traxerant majores, seque in Livoniam Svecicam conferentes, prædium ibi acquisiverunt Schwarthoff. Posteritas illorum masculina plane nulla superstes. Ultima hæres ex illa familia virgo nupta fuit patrueli cuidam Ducis Exercitus Svecici, Comitibus de Steinbock.

Annotata circa præcedentem Deductionem.

A. N: 1. usque 5.

Possessores diversorum bonorum Iatzkow, Gottschau, Bebbkau, Schwartau, & Bąnkow nomini Familiae appellativum nomen Bonorum, quæ possederunt, ipsi apposuerunt. In his Linea Nostitz - Iatzkoviæ principalis est, ex qua reliquæ oriundæ.

A. N: 6. usque 10.

Anonimus de Nostitz, Auctor Lineæ Nostitz Iatzkoviæ circa annum 1278. coniugium iniit, eumque, ante annum 1291. relicto filio minorenni, Alberto, diem obiisse, credere fas est. Id quod ex sequentibus probamus circumstantiis:

- a) Dux ille Pomeraniæ Boleslaus IV. qui ipsi Anonimo dotatissimam Margaretham Iatzkoviæ in matrimonium conciliaverat, simulque insignium mutationem suaserat, & præscripsit, anno demum 1278. imperium Ducatus Pomeraniæ accepit, vid. Gen: Hubn:

Hubn: Tab: 198. Princeps enim, imperioque nondum accepto, nec creare poterat belli ducem, nec illi ex Insignibus Ducum Pomeraniæ aliquid addere.

- b) Non Anonimus de Nostitz, sed Albertus, obtinuit dignitatem Domini seu Baronis, ab Imperatore Rudolpho I. cum nova aliqua, in Insignibus, appositione. Hic e vita excessit 1291. vid. Hübn. cit: loc: Tab: 125.

Inde patet, Anonimum de Nostitz, ante obitum Imperatoris, iam defunctum, & Albertum quidem filium, eo tamen tempore, quo Dignitas Baronum in Familiam transferebatur, fuisse minorem. Forfan autem pater, instante morte, de confirmatione Imperatoris, eam ob causam disposuit, ut Dignitas posteritatis Equestris, in universo Romano Imperio, eo illustrior fiat.

- c) Sequens coniectura convenit Chronologiæ & in hoc: Stanislaonimirum Nostitzio, qui circa annum 1240. inter vivos erat, vid. Doc: A. B. n: 6. duos fuisse filios I. Anonimum, auctorem Lineæ Iatzkoviæ in Prussia Polonica, & 2. Hertvigium in Dammsch, Capitaneum Steinaviensem, ex quo tres illæ stirpes superioris Lusatiae, Rothenburg, Unwürda & Ullersdorf originem trahunt. Vid. Doc: Lit: A. & B. n: 7.

- d) Historia Polonica æque ac Silesiaca, illi opinioni optime respondet. Eo enim tempore, quo Anonimus de Nostitz Dux exercitus Pomeraniæ auctorque Lineæ primariæ Iatzkoviæ erat, Silesia suis gaudebat Ducibus, Principibusve, ex Polonia oriundis, feudum Polonicum agnoscentibus. Polonia autem & Silesia, tunc temporis, valde debilitatæ, Duces contra Pomeraniæ, ex Profapia Piastica, Equitesque Ordinis Teutonici, potentiores & foederati Poloniæ erant.

- e) Gens Nostitzia, originem suam, uti præmissæ probationes docent, ex Polonia trahens, iam inde a Seculo XI. in Silesia Polonica, multa possidebat Bona. Cum autem Tartari in Seculo XIII. Poloniam devastarent & Silesiam, Anonimus ille Nostitz Duci Pomeraniæ Bogislao IV. se totum, ad officia ipsi præstanda, dicavit, ibi Lineam Principalem iam memoratam Iatzkoviam fundavit, & Posteritas illius in plures Lineas collaterales sese extendit.

- f) Contra ea Stanislaus de Nostitz Pater Hertwigii in Silesia permansit, ex cuius Posteritate 3. stirpes Nostitziae iam dictæ oriundæ.

- g) Chronologiæ igitur & Historiæ simul conforme est, si credimus, Anonimum de Nostitz, cum Descendentibus suis, ad Agnationem omnium familiarum Nostitziarum, ex tribus illis stirpibus oriundarum, pertinere.

- b) Manuscriptum cornua in Insignibus Nostitziis non uri vel bubali appellat, sed Triumphalia cornua. Instrumentum musicum, quod vocatur lituus, item Zink, olim eiusmodi fuit cornu. Ipse manuscripti auctor ex Gente Nostitzia, & quidem ex Linea Iatzkovia oriundus, in seculo XVI. inter vivos fuit. Qua de causa nomen eius appellativum, & sententia mea in unum congrua.

Ad Num. ii.

Ex posteritate Anonimi de Nostitz Proceres illustrissimi inde a seculo XIV. provenerunt, in Ecclesiasticis tam, quam Politicis muneribus, ad dignitatem Episcoporum, Palatinorumque eVecti, sicut infra exemplis docebitur. Præterea illi Nostitzii, cum Familiis tam sangvine, quam virtutibus, meritisque præstantissimis, & præcipue cum Celsissima Gente Iablonovia, proxima cognatione sunt coniuncti. Iam longe ante Constitutionem, Indigenas spectantem, de Anno 1578. una cum omnibus & singulis longe lateque dilatis Agnatis suis, prærogativis & privilegiis Indigenarum Poloniae aut vere gavisi, aut illorum fuerunt compotes, quando, in Terris Polonicis, sedem sibi comparare, apud animum constituerunt; quin immo per affinitatem cum Familia Iablonovia item cognati Regis Stanislai Lesci facti sunt: Mater enim illius Anna filia erat Stanislai Ioannis Iablonovii, supremi in Polonia Ducis Bellici, die 3. Aprilis 1702. pie defuncti. Vid: Hubn: Tab: Geneal. 97. ad n: 12. Manuscriptum etiam mentionem facit Lineae cuiusdam specialis Nostitz - Iatzkoviæ, in Palatinatu Culmensi & Marienburgico, Catholicæ Religioni addictæ, cuius tamen Genealogica cum cæteris Lineis Agnatio Auctorem fugit. Interim illius commemoratio magnam præbet verisimilitudinem, provenisse, ex ipsa, Familias Comitum Iatzkoviorum & Bakoviorum, de quibus Celsissimus Princeps Iablonovius plura docet, & quarum profapia ex speciali Familia Schcenbrunn, Stirpis Ullersdorf, per Documenta communicata, sunt demonstratæ. Ponamus: Comitem Casparum, ex Descendentibus Hertvigii apud Ducem Ottonem III. Lineae Stettinensis, qui illo tempore vixit, Vid: Hubn. Tab. 197. multum gratia valuisse, sibi que simul bene consuluisse; illum ipsum Casparum e Silesia emigrasse; pronepotem illius Albertum filiam hæredem successoris cuiusdam Anonimi, illius de Nostitz, Auctoris Senioris Lineæ Iatzkoviæ, in matrimonium duxisse, bonaque antiquæ originis Iatzkovia, dotis loco, acquisivisse, & præterea Bona Bakovia possedisse, filios item duos Nicolaum & Ioannem nomen appellativum Bonorum paternorum accepisse; tunc duæ deteguntur Lineæ:

- a) Illa, quæ Auctori Manuscripti, ex iam deductis, ignota fuit.
 b) Omnes reliquæ Lineæ, ex Anonimo Nostitz - Iatzkovo, recta Descensione, oriundæ, & tunc, omnibus difficultatibus Genealogicis sublatis, utraque historica propositio optime consentit. Ex alia nota ad huc addo:

I. Insi-

1. Insignia Bąkovia, ab Insignibus Iatzkoviis paululum differre: In illis enim cor sub capite pantherae, & insuper cornua Insignium Nostitziorum posita.
2. Alexandrum quendam nomine appellativo Bąkowski usum fuisse. Vid: Vol: XXXII. Archiv. Gentil: Nostitz:

Ad N: 13. usque 16.

Specialissimae suppeditantur probationes, quod in seculo XVI. Familiae Prussico-Polonicae ex Primaria Linea Iatzkovia, gravissimis apud Rempublicam Polonicam officiis fundi fuerint, & quod ad antecessores trium stirpium Rotenburg, Unwutda & Ullersdorf, in ascendente Linea, attinet, Anonimum iam circa annum 1081. Rex Uladislauus I. multa dignatus est gratia. Fridericus & Ulricus, regnante Boleslao Crispo, ille 1147. hic 1159. praeclearissimis rebus gestis, innotuerunt.

Stanislaus in proelio Anno 1241. cum Tartaris, prope Liegnitium, commisso, Praefectus bellicus Ducis Poloniae Premislai, fortissime pugnavit, & Sigismundam circa Annum 1490. multa gratia amplectebatur Casimirus III. Rex.

Satis ex his patet argumentis, omnes & singulas Lineas Nostitzias Nobili Ordini Reipublicae Polonicae iure esse adscribendas. Id quod Historiographi Silesiaci, fide sane digni, Synapius, Cramerus, & Colerus, fusius explicuerunt.

His ego infra subscriptus restor: Praemissam Deductionem Lineae Nostitz-Iatzkoviiae Prussico-Polonicae, ex manuscripto in Archivo Gentilitio Nostitzio, Volumini XXXII. inserto, fideliter extractam, annotationesque, partim ex Auctoribus, partim ex historicis relationibus Archivi huius gentilitii traditas esse. Quorum in fidem Documentum hoc, subscriptione mei nominis, appositoque Sigillo gentilitio, corroboratum. Datum Ullersdorf, die 22. Martii Anno 1767.

Christianus Ludovicus Griesheim Pr incip.

(L.S.) *Sax: Goth: Supr: Praef: Cap: Aulae*

& Consistorii Consiliarius.

Lit: I.

EXTRACTUM

EX documentis scriptis, Dni olim Friderici Hartvigii, Imperii Comit-
tis de Nostitz, ex Domo Inferiori Neundorf, in Lomnitio, Stirpis Ro-
tenburg, Romani Imperat: Venetorum, ac Regi Polon: Elect: Saxon.
in bello Legati, in puncto occupatæ urbis Elbingæ, & quod illuc spectat:

Dominus Comes & in bello Legatus Fridericus Hartvig de Nostitz
ex domo Inferiori Neundorf stirpis Rotenburg, frater germanus est Otto-
nis, in Tabula Genealogica trium stirpium Rotenburg, Unwurda & Ul-
lersdorf sub Lit: A. n. 27. commemorati. Hic anno 1710. officio supre-
mi excubiarum præfecti apud Imperatorem Russorum tunc temporis fun-
gens, copiis Russicis, urbem arcemque Elbingam vi expugnavit, illam -
que urbem Svecis eripuit. Russorum Imperator Petrus Magnus & Fride-
ricus I. Borussæ Rex, illo tempore, foedus cum Friderico Augusto II.
Polon: Rege ac Elect: Saxon: gloriosæ memoriæ inierant. Urbem occupa-
tam Imperator huic excubiarum summo Præfecto tuendam tradidit, insi-
gne stipendium illi pollicens. Illud tamen non solum, sed ipse, ex su-
is opibus, præfidiariis multa talerorum non restitutorum millia suppe-
ditavit. Fridericus Borussorum Rex, in litteris d. d. Coloniae ad Spre-
ham die 29. Januarii d. a. eum rogavit, & petita sua die 15. Februar:
iteravit: "rem, ob prætensionem suam ad Elbingam, eo redigendam
"curaret, ut hæc urbs, a Russis evacuata, Ipsi traderetur, quod si cu-
"raret, se cum tota Domo Regia, maximam Illi habiturum obligatio-
"nem, seque grata, pro ea traditione, animi testificatione, plane Illi
"satisfacturum.

Dominus excubiarum Præfectus autem illis votis non annuens,
teste responso submississimo d. d. 23. Febr: d. a. ad pietatem, officio suo
debitam, provocavit, maxima cum approbatione S. R. M. Prussicæ,

Quod ab Illo si fuisset acceptum & confectum, siquidem ob sala-
rium, a Russis non solum, causa alienæ voluntatis sufficiens in prom-
tu erat, Serenissimæ Reipublicæ Polonicæ irreparabile id attulisset detri-
mentum; saltem, ne hic locus idoneus & necessarius, Ducatui Prussicæ Po-
lonicæ annumeratus sit, quod tamen ex pactis pacis Travendahlensis
felicissime contigit, facillime potuisset prohibere.

Sape memoratus Dominus excubiarum Præfectus Comes de No-
stitz Anno 1711. testibus manuscriptis, officium resignavit, eiusque po-
steritas, ad hodiernum usque diem, iure legitimo, magnas summas sibi
deberi, contendere potest. Has Summas ipse Anno 1729. Petropoli
sollici-

LIT. H. TAB. IV.
 TABULA GENEALOGICA
 GENTIS NOSTITZIAE IN DRIEBITZ, DRZEWIECKI

dictae, in Polonia Majori, ex Illa Linea originali, quae vocatur Schoenbrun, in Stirpe

NOSTITZ ULLERSDORFFICA

I. HERTWIG.

In Dammitsch in Silesia, Capitaneus in Steinau, Eques. stipis communis stirpium Nostitziarum;
 Rothenburg, Unwürde, Ullersdorf. † 1287.

2 Otto in Unwürde, in Lufatia superiori,
 Auctor stirpium Rothenburg et Unwürde.
 † 1310.

Nota: Descendentes quidam, ab eodem, emtione
 acquisiverant fundos in Polonia, scribentes
 nomen Rothenburg.

3 George in Ullersdorff in Lufatia Superiori nec
 non Dammitsch in Silesia, Auctor stirpis Ul-
 lersdorf vix. 1306.

4 Conrad, Continuator stirpis Ullersdorff, vix 1350.

5 Otto in Ullersdorff, Auctor
 stirpis Senioris Ullersdorff dictae
 vixit 1404. *Tab. A. h. m. 59.*

6 Nicolaus in Dammitsch, Auctor
 secunda Domus Originalis Schoen-
 brun dictae vix. 1410.

7 Friedericus vel Fritz Auctor
 Lineae Zedlitz in Silesia vix.
 1420.

8 Caspar ex domo Dammitsch habitavit
 in Polonia et Pomerania, Auctor
 lineae Lampersdorff in Silesia.

vixit 1462 Tab. A. 1178.

9 Ioannes in Lampersdorff, Auctor Lineae Nostitz-Jackoviae
 in Prussia Polonica, vixit 1481.

10 Laurentius Auctor Lineae
 Originalis Nostitz-Jackoviae
 in Prussia Polonica.

11 Friedericus in Dammitsch
 in Silesia.

12 Caspar Continuator Lineae Lampersdorff
 in Silesia et Auctor Lineae Driebitz in Polo-
 nia Majori.

13 Ioannes

14 Bernhard

15 Erasmus, alias Asmann
 in Dammitsch, continuator
 hujus Lineae.

16 George in Ramfau
 Auctor hujus Lineae.

17 Ernestus in Lampersdorff.

18 Caspar Continuator
 Lineae defectivae Lam-
 persdorff.

19 Michael Auctor Lineae Nostitz-
 Drzewieckiae, Dominus in Schitzel,
 Lanken, Beltsch, et Rzecin, emit
 Driebitz 1517. fuit Notarius Ter-
 restris Wschowensis, et testabatur
 1541.

20 Caspar.

21 Fabian.

22 Christophorus

Nota: sanciverunt Partitionem fraternam 1600.

23 Caspar.

24 Nicolaus.

25 Christophorus.

26 Ioannes Georgius.

27 Nicolaus vendidit Ioanni
 Georgio novum Driebitz

28 Sigismundus
 vendidit partem suam in Driebitz.

29 Ioannes Georgius.

34 Sigismundus emit Milaslave in Polonia,
 postea vendidit, et acquisivit Latalice prope Gnesnam.

35 Ernestus

30 Samuel.

31 Ioannes Carolus p. tempore
 Possessor Driebitzii.

32 Constantin
 Hertwig.

33 Vincens
 Florian.

36 Adam Possessor in Latalice.

Tabulam hanc Genealogicam cum antiquis Domus nostrae Nostitziae Documentis Originalibus, nec non cum Extractis ex
 Castrensis Nostris judiciis, in omnibus clausulis, accuratissime consentire, ego, manu propria, subscriptus, attestor.

Drzewieckii die 19. Aprilis

1767.

Hanns Carl de Nostitz Drzewiecki,

AT H III
N E T A B L I C A

ORDNI GRANTIS SUECKI

in Schiffe

Journal
F. D. ...

...

...

...

...

...

...

...

sollicitaturus, litteras liberi comneatus d. d. Dresdæ die 24 Febr: 1729. a Rege Friderico Augusto II. gloriosæ memoriæ, clementissime subscri- ptas impetravit, sed paulo post in summa senectute diem obiit.

Extractum præmissum, ad sensum proprium & strictum supradi- ctarum relationum scriptarum, quæ in communi Gentis Nostriæ Ar- chivo Genealogico, & quidem in Arce Ullersdorf, asservantur, fideliter esse conscriptum, ego, auctor, fide interposita nobili, in fidem, testor. Datum in Arce Ullersdorf die 10. Febr: 1767.

(L.S.) Christianus Ludovicus de Grischheim;
Seren. Duc. Sax. Goth: Supr. Præf. Cap.
item in Aula & Consistorio Consiliarius.



A. n. l. legatur 1480. non 1450. n. 20. 1720. non 1710. in 170. in line 44.
datur non 1720. n. 62. leg. VIII. non VII. n. 60. in line addatur
B. leg. Gen.
C. in Tab. II. quod locum Cuthwaldensem addatur N: n. in Tab. III.
n. 24. leg. superius, non superius.
D. in Tab. III. n. 2. leg. Almann, non Almann. n. 7. addatur 4. abbas
prole. N. 8. leg. Kamenan, non Kamenan. in line Tab. IV.
leg. 1767. non 1760.

NOTANDA:

In fine huius Probationis necesse erit, paucis ut commemoremus:

1.) Quod ad translationem Documentorum, ex Germanica, in Latinam linguam, attinet, ex pluribus, iisdemque insufficientibus rationibus, lubentius elegantiae stili, quam vero & genuino sensui Documentorum, esse derogatum.

2.) Quod ad errores, infra notatos, illi partim, ob difficultus, cum exteris Agnatis, litterarum commercium, & inde subsequutas mutationes varias, impressione iam facta, partim, quia, ad revisionem, Documenta non semper ad manus fuerunt, obvenerunt. Reliqui sunt Typographici.

Sufficiat, illos tantum recensere, qui maioris sunt momenti.

Legatur:

Pag: 2. ad Lit. B. Historicam non Heisterianam. *Pag:* 4. sub tit: Nicol. T. III. D. n. 27. *Pag:* 5. T. III. non II. *item* Superiori non magna. *Pag:* 6. eandemque non eademque. *Pag:* 8. Angriam atque Helvetiam. *Pag:* 9. ætates non ætatis. *Pag:* 10. 7. 8. 9. non 789. *Pag:* 11. verisimile. *Pag:* 12. N: 8. non 2. *item* *Pag:* 51. non 57 *Pag:* 43. Patruus eius Nicolaus hanc Abbatiam. *Pag:* 14. in annexis VIII. Tab: Geneal. *item* n. 10. non 9. *Pag:* 18. ex bonis Gentilit. Dammitzsch, in Silesia, Horckam. *Pag:* 19. locum tenentis, *item* ex vivis decessit 1725. *Pag:* 21. lineae collaterales, non collateralis. *item* natu maiorem eius filium Hieronimum. *item:* Tab. III. non II. *Pag:* 27. Ioannis Hartwigii Gotthardi, *Pag:* 30. inseratur: in arce Wohlaviae, post verba: Glogay: Maj. Duce. *Pag:* 31. addatur de anno 1452. post verba: in documentis Actorum Duc. Ioan. I. Liegnic. *Pag:* 36. legatur d. 27. Iulii non 24. Octobr. *Pag:* 40. Ianuarii non anuarii. *Pag:* 41. & Anno 1653. Iudex &c. *Pag:* 42. Niecra, Arnsdorff, in Silesia, *item* Dammer & Cranz &c. *Pag:* 44. Simultanea, non Simultanae. *Pag:* 50. nomen sortitus Nostitz-Iatzkowski, unde & statim colligere. *Pag:* 51. Slichtingios non Stichtingios. *Pag:* 53. in sinistro pectore. *item* addatur in fine lineae 10. Vid. n. 10. *Pag:* 56. addatur in lin: 32. post verba: e Silesia emigrasse: in Seculo XV. *in Tabulis.*

A. n: 11. legatur 1480. non 1450. n: 26. 1726. non 1716. n: 50. in fine addatur nat: 1723. n: 65. leg: VIII. non VII. n: 66. in fine addatur Delect: Gent.

C. in Tab. II. apud Ioannem Cunewaldensem addatur N: 11. in Tab. III. n: 24. leg: superstes, non superster.

D. in Tab. III. N: 5. leg. Asmann, non Asmaus. n: 7. addatur & absque prole. N. 8. leg. Kunzenau, non Kotzenau. In fine Tab. IV. leg: 1767. non 1760.

